

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LIV**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXIV PARS
Ostpr. Fol., vol. 42, 49, 50, 1535-1536**

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXTINGUETUR

ROMAE 1982

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretarii Status constituant*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XXV, Romae, 1954-1981

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), Ind. nom. prop. 1960. (*Archivum Secretum Vaticanum*).
- II — «*Liber Disparata Antiqua Continens*» Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs. Ind. nom. prop. 1960. (*Archivum Capituli Tridenti*).
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. Ind. nom. prop. ind. chron. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629), 8 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XIV+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., Ind. nom. prop., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214 doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1964.
- XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., Ind. nom. prop., 1965.
- XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., Ind. nom. prop., 1965.
- XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1966.


INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LIV**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXIV PARS
Ostpr. Fol., vol. 42, 49, 50, 1535-1536**

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 2

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKOROŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

I N D E X R E R U M

Introductio	Pag.	VII
Abbreviationes	»	VIII
Textus	»	3
Elenchus epistolarum	»	217
Index personarum et locorum	»	225

INTRODUCTIO

Hoc LIV volumine seriei nostrae Elementa ad Fontium Editiones, quo publicationem pergimus litterarum, ab Alberto in Prussia duce in Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae annis 1535-1536 missarum, 298 exemplaria eiusmodi epistolarum continentur. Nunc quidem minorem videamus esse numerum epistolarum, quae ad Sigismundum I Poloniae regem datae erant, quarum nonnisi 32 illis duobus annis scriptas perspicimus. Inter quas una praesertim, 18 die Februarii 1536 data, sane notabilis est animumque lectoris percutit eo, quod una cum ea tredecim exemplaria aliarum epistolarum, vel ab ipso duce Alberto ad alios missarum, vel ad eum ab aliis datarum, regi transmissa erant. Quae scripta fere omnia de rebus publicis tractant, praecipue vero de periculis, veris vel fictis, quae Regno Daniae noviterque electo eius regi Christiano III et ipsi Ducatu Prussiae ex parte Ordinis Theutonicorum eique adhaerentium Germaniae principum imminere videbantur.

Duorum illorum annorum intervallo maximam sane epistolarum a duce Alberto datarum partem accepit Ioannes Chojeński, episcopus primum Premisliensis, deinde Plocensis, Cancillariae Regiae de facto praefectus et moderator, ad quem 44 epistolae missae erant. Sunt praeterea et ad alios Regni Magnique Ducatus proceres saeculares et spirituales datae litterae, quibuscum duci in Prussia varii generis relationes et commercia intercedebant, ut puta Lucas et Andreas a Górką, Albertus Gasztold, Petrus Gamrat, Nicolaus Wolski aliique. Epistolae germanico idiomate exaratae, imprimis Nicolao Nibschitz (28), Iosto Ludovico Decio (17) et nonnullis aliis destinatae, propter earum singularem scribendi et grammaticae rationem, easdem p[ro]ae se ferunt difficultates, quarum in praecedentis voluminis Introductione iam brevem fecimus mentionem (ut de scriptorum vel potius descriptorum erroribus iam prorsus taceamus).

Restat, ut collegae nostro Luciano Olech, pro opera in hoc quoque perficiendo volumine diligenter navata, sinceras, ut antea, habeamus gratias.

C.L.

ABBREVIATIONES

A.T.	Acta Tomiciana
E1.	Elementa ad Fontium Editiones
M.D.L.	Magnus Ducatus Lithuaniae
R.P.	Regnum Poloniae

TEXTUS

1535

Anno a nato Christo Millesimo Quingentesimo Trigesimo Quinto

N. 1082

E Regio Monte, 7.I.1535.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Apel, cancellario suo,

de Ordinis Theutonicorum moliminibus et insidiis contra se et subditos suos struendis certior factus, rogat, ut in Germania expiscari studeat, « quinam sint isti, quomodo, ubi et quando, quibus denique rationibus » eiusmodi conspirationem facere velint.

Ostpr. Fol. vol. 49, ff. 586-588.

Salutem et benevolentiam nostram.

Eximie, fidelis noster atque dilecte.

Scripsimus nuper Dignitati Tuae cum Noremburgensi nuncio et ad eas literas, quas a Dignitate Tua accepimus, satis prolixe et copiose a nobis responsum videtur. Quas iam dudum Dignitatem Tuam accepisse nobis nullum est dubium. Cum autem eis in literis etiam Theutonici Ordinis et variarum practicarum, quae iam passim ac ubique ferme adversus nos exurgunt, mentionem fecerimus, ac nobis iam per amicorum quorundam literas certo sit relatum, multa et varia Ordinem Theutonicum contra nos nostramque provintiam moliri, quae res non tantum ad personae nostrae lesionem et iniuriam, verum etiam nostrorum subditorum et tocius terrae Borussiae incommodum et detrimentum spectare videtur, decrevimus plane et statuimus ea de re pauca ad Dignitatem Tuam perscribere, non dubitantes, quin Dignitas Tua hac in re et causa nostra diligentem adhibitura sit operam. Quod eandem ita facturam non diffidimus. Itaque Dignitatem Tuam ignorare^{a)} nolumus nos a quibusdam cerciores factos, Ordinem Theutonicum una cum suis adhaerentibus miras sane atque varias practicas in animo habere, nobis nostrisque subditis insidias struere, omnia denique contra nos moliri, quo in^{b)} inferendis nobis incommodis et malis suam tandem possint explere libidinem. Nos vero, qui omnem spem et fiduciam nostram in Deum Optimum Clementissimumque, qui suos nunquam deserturus est, collocamus et ponimus, nec etiam alium, presertim in Germania, nunc habemus, cui satis tuto hanc rem et causam nostram commendare atque credere possumus, Dignitatem Tuam imprimis rogatam volumus, ea velit quamprimum et haud gravatim nostro nomine, vel per literas, vel quovis alio modo ab amicis et Senatu Nurembergensi diligenter expiscari, quinam sint isti, quomodo, ubi et quando,

quibus denique rationibus aut conditionibus inter sese conspirarint adversus nos et an talis rumur^{z)} seu conspiratio apud nos^{c)} etiam ita spargatur in vulgus. Nam cum praesentium rerum status admodum sit periculosus, summaque necessitas postulet, ut praesentibus periculis in tempore eamus obviam, faciet nobis Dignitas Tua rem sane quam gratissimam, si nos cum hiis, tum aliis de rebus, quam plenissime ac citissime reddiderit certiores. Poterit autem Dignitas Tua commodissime istud a dilecto et fideli nostro Georgio Voglero ac aliis quibusdam amicis cognoscere atque expiscari. Quo cognito, cupimus primo quoque tempore id nobis per Dignitatem Tuam proprio nuntio nostris expensis et sumptibus indicari. Quod ut faciat Dignitas Tua, etiam atque etiam clementer petimus. Dabimusque operam, ut in referenda erga Dignitatem Tuam gratia nunquam ingratia aut immemores inveniamur, cui omnia fausta foeliciaque precamur. Quod mutato titulo has literas easque alieno sygillo sygillatas ad Dignitatem Tuam dedimus, rogamus, id eam ob causam Dignitas Tua a nobis factum existimet. Nam cum magna sit hodie multorum hominum improbitas, et nusquam, ut Poeta ait, tuta fides, mandavimus fideli nostro atque dilecto Hieronimo^{d)} Schurstab, nobis a secretis, ut ille hasce nostras literas, quasi suo nomine scriptas, proprio suo sygillo obsignaret. Idque hoc modo atque ea ratione etiam^{e)} a Dignitate Tua fieri petimus, ut scilicet quocies Dignitas Tua ad nos scribit, mutato etiam titulo, illa praedicto Hieronymo nostro eas literas, tanquam ad illum scriptas, reddi ac perferriri curet. Qua in re Dignitas Tua nobis factura est rem admodum grata. ... Datae e Regio Monte VII Ianuarii, anno etc. 1535.

In initio epistolae in margine: Domino Doctori Apello.

- a) in ms. ignorare
b) in *suprascriptum*.
c) *correctum ex vos*

- d) in ms. Hieromino
z) sic in ms.

N. 1083.

E Regio Monte, 7.I.1535.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschatz*

pro litteris et exemplis litterarum in negotio marchionis Gulielmi ad papam missarum gratias agit; de foedere inter episcopum Pataviensem [Ernestum ducem Bavariae] et marchionem Georgium nondum inito nuntiat; Eliam Ostrogski certiorem fieri iubet de suo Vilnam futuro adventu; quod de cataractis non scripsерit, se excusat.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 212v-213.

a) An Nickell Nipschitz den 6 Januarii^{b)}.

Dein schreyben, des datum steht Dienstag vor Circumcisionis Domini, sampt zuschickung des schreybens und copien an babist^{d)} ihn unsers geliebten bruders, marggraff Wilhelms, sachen etc. sampt andern haben wir empfangen etc. Thun uns solchs deines gehabten vleiss gnediglich bedancken und wollen dir nit verhalten, das uns des vortrag

halben, so mit dem von Passaw und unserm geliebten bruder, marggraff Georgenn, soll aussgericht sein worden, noch zur zeit gar kein bericht zukommen, und konnen demnach auss vorigen schriften gerurts unsers bruders an uns ausgangen nach nit glauben, das solcher vertragk sollt bescheen sein. Doch wurdt die zeit, ob es gescheen oder nit, woll an tag geben.

Uns hat hertzog Helias geschrieben und gebeten, sein l. zu vorstdigen, ob wir auf Vastnacht bey ko.mt. zur Wildt ankommen werden oder nit. Als haben wir sein l. auf dich gewiesen, von dir desthalben bescheidt zu erlernen. Das haben wir darumb gethan, dieweil wir nit gewust, ob sein l. schreiben und lesen kant oder nit, das solch thun bey andern nit weitlauffig wurde, nit zweifelende, du werdest dich gegen seiner l. uff derselben anregen der gepur woll zu halten wissen.

Das dir aber der schleusen halben nit geschrieben, ist unser selbst schuld, dan das koniglich schreiben vonwegen solcher schleusen alher kommen, als wir uns wider anheims begeben. Demnach genediglich begerende, du wollest uns und unsere nachgelassene rethe hierin entschuldigt nemen, dan es ditsmoll aus andern vilfeltigen geschefften, damit wir beladen, vergessen worden. Schigken dir demnach hiebey ein copei solchs schreibens an ko.mt. gethan etc. Dir vil genedigs willen zu erzaigen seindt wir genaigt. Datum Konigspergk den VII tag Januarii anno etc. XXXVten.

a)-b) *in margine*

1) *Paulus III.*

N. 1084.

E Regio Monte, 7.I.1535.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtitz

de modo conficiendarum litterarum fidei, salvi conductus et instructio-
nis regiae pro Ioanne Reineck, oratore ad regem Suetiae designato,
eum edocet et rogat, ut eiusmodi litteras conficiendas curet.

Ostpr. Fol. vol. 42, ff. 213-213v.

An Nickell Niptschitz den 7 Januarii.

Unsern grus zuvorn.

Erbar und erenvhester, lieber, getrewer.

Nachdem wir dir kurtz verruckter tagen unther anderm geschrieben mit begeren bei ko.mt. zu Polan etc., unserm gnedigsten herrn und freuntlichen, lieben ohemen, verfurdern zu helffen, auf das ein credentz mit einer instruction an k.w. zu Schweden¹⁾ auf den achbaren und hochgelernten unsern rathe und lieben, getrewen Johann Reineckenn, beder rechten doctoren, zu einem schein allein gestelt wurde, wie dan solch unser schreiben weiters vermeldet. Als wollen wir dir genediger meynung nicht bergen, das wir auss hochgedachts k.w. zu Schwedenn gesandten Ippernn Flemmigk, rittern, antragen und werbungen befinden, das die notturft geldes, dorumb seiner k.w. und der-

selben pundes verwandten kriegsvolck zu bestellen, nach nicht gar vorhanden. Derhalben wir ihn diesen und andern mehr sachen obberurten unserm rathe, doctorn Reinecken, zu k.w. zu Schweden abzufertigen geursacht. Damit aber umb so viel desst mehr und sicherer durch dieselben orth als Leifflandt ihn Schweden kommen möge, so ist unser genedigs begern, du wollest nachmals bei ko.mt. zu Polan etc. also viel verfurdern helffen, damit auf doctorn Reynecken ein credentz sampt instruction, doch allein zu einem schein und nicht anzutragen uff die meynung, wie unser vorige schreiben mitbrengt, desgleichen einer passborth gestelt und überreicht werde, damit er dest sicherer ihn Leifflandt durchkommen möge. Wir haben auch ein credentz an ko.mt. ihn unserm namen auf jnen, doctor Reinecken, begreiffen lassen. Ihm fall, wan du es, des er die sachen selbest werben und obangezeigte meynung bitten solt, fur gutt angesehen thest, das solchs also durch ihn bescheen. Doch wollest ihn allwege an deynem moglichen vleiss, domit era^o) ihns erste, dieweil die sachen keynen vorzugk leiden wil, von ko.mt. dermassen, wie gebeten, abgefertigt werde. Das sein wir umb dich mit besondern genaden zu beschulden geneigt. Datum Konigspergk den 7. Jannuarii anno etc. XXXVten.

a) *sequitur expunctum*: uns

1) *Gustavus Wasa*.

N. 1085.

E Regio Monte, 8.I.1535.

Albertus dux in Prussia

*Eliae Ostrogski, capitaneo Bracławiensi et Winnicensi,
litteras eius sibi gratissimas fuisse nuntiat; pro benevolentia sibi exhibita gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 588-589.

N. 1086.

E Regio Monte, 9.I.1535.

Albertus dux in Prussia

Fabiano a Dameraw (Wojanowski)

*litteras regias ad pontificem in negotio marchionis Gulielmi scriptas
mittit et rogat, ut eas procuratori suo Romae, Theodorico a Reden,
vel Antonio Lekaw, secretario marchionis Gulielmi Romae moranti,
pervenire faciat; negotia sua et fratrī sui ei commendat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 213v-214.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki],
capitaneatu Marienburgensi post mortem Stanislai Kościelecki, palatini
Posnaniensis, vacante, Achatium Czema ad hanc dignitatem proponit,
virtutes eius laudat et rogat, ut hanc causam promoveat.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 590-592.

Reverendissime in Christo Pater etc.

Relatum est nobis Magnificum ac Generosum Dominum Stanislaum Kosczeletzky etc. iuxta mortalium condicionem vita discessisse. Qua de caussa officia haudquaquam minima in terris Borussiae non sine levi iactura et periculo Sacrae Regiae Maiestatis ac terrae Borussiae hac periculosissima tempestate vacare, Reverendissimam Vestram Paternitatem intelligere certo nobis persuademos. Et cum non ignoramus, quantum Sacrae Regiae Maiestatis intersit eum hiis iacentibus officiis praefici, qui et prudentia et auctoritate demortuo Domino Kosczeletzky non sit inferior, nosque pro nostro erga Regiam Maiestatem debito officio ac huius patriae, terrae scilicet Borussiae, studio et amore, ut aliquo modo invigilemus, obligatos esse sentiamus, tum quia Domini Ordinis Teutonicorum hiis periculosissimis temporibus strenue advigilant et undique occasiones invadendi^{a)} quaerant, tum quod hanc munitissimam arcem Marienburgensem curiosissimo, studiosissimo et ad utrumque tempus et pacis et belli prudentissimo et exercitatiissimo viro, qui et mores huius terrae et hominum egregie calleat et ab omnibus ametur, demandatum esse, non parum interesse sciamus, non potuimus non in hac parte curiositatem nostram Reverendissimae Vestrae Paternitati indicare, amicabiliter et fraterne petentes, ea velit eandem boni consulere ac nostro nomine in hoc negocio omnem movere lapidem illudque totum promovendum, expediendum atque evehendum suspicere. Arbitramur autem huic oneri parem nobilem et strenuum Dominum Achacium Czemen etc., in quo homine quae sit prudentia, quae suspicienda probitas, quae in regendis officiis dexteritas, quae denique in administrandis publicis negotiis auctoritas, novit nedum Reverendissima Vestra Paternitas, sed et totus Ordo terrae Borussiae adeo, ut eundem, si non maiorem demortuo, certe parem et dignum ad hoc officium proponere audeamus.

Quare iterum atque iterum amice ac fraterne petimus, Reverendissima Vestra Paternitas dignetur hanc caussam pro singulari eius prudenter diligenter perpendere atque hunc praedictum Dominum Czemen in capitaneum Marienburgensem suae Regiae Maiestati proponere ne gociumque hoc totum ita temperare, ut dictus Dominus Czemen, tum quia dignus sit, tum quia plura ac multo maiora a Sacra Regia Maiestate ob fidelia eius praestita servitia emeritus sit, benigne et clementer obtinere possit. Factura est Reverendissima Vestra Paternitas nobis in hoc rem gratissimam ac omnibus ordinibus Ducatus Borussiae mul-

tis nominibus acceptissimam. Id quod vicissim summo studio^{b)} nostris sedulis officiis amice et fraterne compensare studebimus. Quam bene valere cupimus. Datae e Regio Monte XIII Ianuarii anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Episcopo Cracoviensi XIII Ianuarii.

a) *in ms. invadenli*
b) *sequitur expunctum: R.V.P.*

N. 1088.

E Regio Monte, 13.I.1535.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Kościelecki, palatinidi Posnaniensi,
de morte patris eius, Stanislai Kościelecki, palatini Posnaniensis, dolet;
intercessionem suam pro eo apud regem, ut arcem Marienburgensem
assequi possit, polliceri hoc tempore se non posse nuntiat,
cum iam alium quendam eadem in causa regi commendaverit.
Ostpr. Fol., vol. 49, gg. 589-590.*

Magnifice et Generose.

Accepimus hiisce diebus literas Magnificentiae Vestrae. Quibus eadem maximo cum dolore mortem sui Domini parentis, olim Magnifici Domini Stanislai a Coscielitz, Palatini Posnaniensis etc., nobis significare voluit etc. Cum haec nobis nuntiarentur, cepit dolor et tristitia animum nostrum occupare adeo, ut iis tristibus finem imponere egre potuerimus. Nam fides et integritas sua erga nos fuit nobis multis nominibus perspectissima, studium benemerendi et gratificandi sumus persaepe experti^{a)}. Quare cum hec omnia in^{b)} eo didicissemus, si voluntati divinae ita visum fuisset, nullum hoc periculosissimo tempore nobis adesse magis cuperemus. Verum cum Deo Optimo Maximo hec aliter placeant, eidem habenda itidem est gratia, qui suum servitorem ex hiis calamitatis mortalium erumnis clementer et benigne liberare voluerit. Ad hoc enim nascimur, ad hoc vivimus, nihil quoque in hoc mundo certo adfirmare ac nobis polliceri preter mortem possumus et debemus. Cumque hec humana sint et certa, modum tenere debemus, Deoque haec omnia tristia ac certissima inevitabilia adversa committere et bona consueta ac trita precatione omnes dolores reiicere. Quod ut Magnificentia Vesta faciat^{c)}, sedulo admoneo.

Porro Magnificentia Vesta petit, ut auctoritatem nostram apud Sacram Regiam Maiestatem adhibere vellemus, quatenus adsequuta iam arce Schlochoviensi arcem quoque Marienburgk assequi posset etc. Agnoscimus profecto nos iure quasi haereditario Magnificentiae Vestrae plurimum debere, quae et praestare data opportunitate haudquaquam gravabimur. Verum in hoc negocio nostras operas Magnificentiae Vestrae hoc tempore polliceri non possumus, id quod summe dolemus. Nam paucos ante dies dedimus auctoritatem nostram cuidam alteri easque literas ad aulam Sacrae Regiae Maiestatis transmisimus. Quare clementer petimus, Magnificentia Vesta velit nos in hac parte excusatum habere, cum duabus pares operas eodemmet in negocio praestare non possimus, ac in

aliis omnibus suis negociis, tanquam a clementi Principe, singularem gratiam et praesidium indubie sibi polliceri. Quam sanam et incolumem^{d)} esse percupio. Datae e Regio Monte XIII Januarii anno etc. XXXIIII.

In initio epistolae in margine: Ioanni Costzieletzky XIII Januarii 35.

a) *verbum correctum.*
b) *sequitur littera expuncta.*

c) *correctum ex flat*
d) *in ms. incolumen*

N. 1089.

E Regio Monte, 14.I.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]

Ioannem a Werden, capitaneum Novensem, burggravium et proconsullem Gedanensem, quaedam negotia apud regem expedienda habentem, commendat et rogat, ut causam eius apud regem promoveat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 592-593.

N. 1090.

E Regio Monte, 14.I.1535.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

de proposito ordinum Regni ob nimiam monetae copiam (in qua etiam multi falsi nummi inveniuntur) malleum deponendi et a cudenda moneta ad tempus cessandi se a I.L. Decio certiore factum esse nuntiat et rogat, ut a rege impetrat, ne — usque ad suum ad regem adventum — ullum definitivum hac in re resonsum dare velit.

Cfr. El. XLVI, NN. 157, 159.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 215-215v.

An Nickell von Niptschitz den 14 Jannuarii 35.

Wir fugen dir genediger meynung wissendt, das uns kurtz verruckter tagen herr Jobsten Ludwig etc. unther anderm ihn seynem schreiben zu vorstehen geben, wie die stende der loblichen Cron Polan etc. fur nutz und nothwendig achten, das die konigliche und hertzogische preussiche muntz eynen stielstandt hett und der hamer gantz nidergellegt wurde, angesehen das derselben muntz zuviel und ein falsch dahinter befunden wurden, derhalben ein ansehelicke statliche botschaft zu ko.mt. zu Polann etc. abzufertigen geursacht. Demnach ist unser genedigs begern, du wollest aufs aller vleissigsts und mit gutther geschickligkeit, im fahh wan berurte stende der muntz halben durch ire gesandte bey hochgemelter ko.mt. anregung thun wurden lassen, verhandeln und furdern helffen, auf dass seyne ko.mt. ihn diesem handel kein beschliessliche antwurt haben, sonder domit biss auf unser zukunft und western bericht verziehen wollen, in dem keynen vleiss, sovil muglich, zu erhalten sparen. Das sein wir gegen deyner person etc. Datum Konigspergk den 14. Januarii etc.

E Regio Monte, 21.I.1535.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*de nuntio quodam ex Germania per Prussiam in Livoniam transeunte
variasque magni momenti litteras secum portante et de eisdem litteris
a se interceptis eum certiores reddit et nuntiat se cum interceptis litteris in persona ad regem proficiisci in animo habere; ideo
non inconsultum fore existimat, ut rex unum vel duos proceres
ex regali Prussiae parte etiam ad se vocet, quo utriusque Prussiae
legati una cum rege hac de re deliberare possint.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 214-215.

An Nickel Nipschitz den 21 tag Januarii 35.

Unsern grus zuvorn.

Erbar und erenvhester, lieber, getreuer.

Wir fugen dir genediger meynung wissendt, das wir vor etzlichen wochen von unsern herrn und freunden auss Teutzschlandenn kuntschaft uberkommen, wie ein both mit briefen, welcher sich alhere ihns landt und dan furter in Leifflandt zu begeben willens, vorhanden sein soll etc. Weil wir dann vormerckt, das uns, auch landen und leuten an solchen briefen gelegen, demnach so haben wir^{a)} mit allem vleiss auf solchen bothen acht geben lassen und bestelt. Also hatt es Gott, dem dorumb pillig zu dancken, sonderlich gefuget, das uns derselbig both sambt den briefen vor wenig tagen zuhanden kommen. Welche brief eynestheils alhieher ihns landt, etzliche auch gegen Leifflanndt dem herrn Meister¹⁾ und andern doselbst geantwort werden solten. Nachdem uns aber von abgedachten unsern herrn und freunden, wes an den briefen gelegen, vermeldet worden, als haben wir solche erprachen und darin so viel befunden, das nicht alleyne unser und unser landt und leuth, besonder zuforderst ko.mt. und der loblichen Cron Polan etc., auch derselben verwandten, nachteil gesucht. Welchs uns auch, ob wir gleich sonst ihn der sachen, dir bewust, ko.mt. zu besuchen nicht in willens, werden wir doch allein derhalben uns zu derselben zu begeben verursacht. Seintemall aber gesterigs tags vor dato alhie bei uns herr Johann von Werdenn, burggraff und burgermeister zu Danntzick, desgleichen der burgermeister von Thorunn, zu hochgemelter ko.mt. zu reisen vorhabende ankommen und nun angezeigte ursachen vorgenfallen, sein wir ihn willens, uns umb soviel dest eher an ko.mt. zu begeben. Und nachdem die obberurte schriften ko.mt., wie vor angezeigt, derselben Cron und landt Preussenn mit betreffendt, so deucht uns, wo es anderst ko.mt. gefiele, nicht ungerathen sein, das diesels aufs eylengst von den preussischen nechst gesessenen stenden eynen oder zwene zu sich erfordin thet, domit diselben, ehe wir von irer mt. abschieden theten, ankommen, auf das sein ko.mt. mit uns und derselben koniglichen preussischen stenden, soviel dester bequemer, wie solchem vornemen, wie dan ihr mt. auss den briefen verstehen werden, vorzukommen und darkegen zu trachten noturftiglich beratschlagen und beschliessen, domit durch guthe vorbetrachtung bedersetys land Preussen nachtheil und schaden, als viel muglich, verhuet werden moecht. Begeren demnach genediglich, du woltest solchs alles hochbenanter ko.mt. gutther geschickligkeit, wie du dan wol zu thun

waist, vortragen und uns aufs eilenzst, wes dissfals ire ko.mt. gemutsmeynung durch dein schreiben erooffnen und wiewol wir dir solche briff gern uberschickt, so haben wir sie doch so yhn kurtz, das wir dieselben, wiewol vonnoten, mit unsren rethen nicht haben beratschlagen mögen, bekommnen. Wolten auch dieselben, domit sie nicht abhendigk gemacht, ungern über landt durch die post schicken, ihn dem dieweill uns, unsren landen und leuten bevorauss ko.mt. derselben Cron und verwandten viel daran gelegen, deinen vleiss, unserm gene digen vertrawhen nach, nicht sparen. Das wollen wir ihn sondern genedigem willen gegen deyner person dencklich unvorgessen behalten und wollen dieselben brief auf unser ankunff mitbringen. Datum Konigspergk, ut supra.

a) bis scriptum

1) Valterus a Plettenberg.

N. 1092.

Ragnetae, 28.I.1535.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górk, castellano Calissiensi,

de parata eius cum exercitu in Lithuaniae profectione et in eiusdem exercitus ducem electione gratulatur; legatorum Ioachimi iunioris marchionis Brandenburgensis Posnaniam futurum adventum et suam ad regem profectionem significat.

Cfr. El. XXXV, N. 416.

Ostrpr. Fol., vol. 49, ff. 593-594.

Magnifice ac Generose Frater etc.

Pro litteris gratias agit (omittitur).

Quod scribit Magnificentia Vestra de profectione, quam parare^{a)} constituit cum exercitu in Lithuaniae atque eandem in ducem istius exercitus electam, libenter percepimus. Eamque ob rem Magnificentiae Vestrae gratulamur ^{b)}multum et Deum Optimum Maximum precamur^{c)}, ut is hoc propositum foeliciter^{d)} promoveat et Magnificentiae Vestrae omnes conatus semper fortunet. Facimus Magnificentiam Vestram certioreme Illustrissimi Principis Domini Ioachimi iunioris, Marchionis Brandenburgensis etc., legatos, Episcopum Lebusensem¹⁾ et Comitem a Schwartzenburgk, Guilelmum Schenck a Tautenburgk cum quadraginta equis Dominica Esto mihi Posnaniam venturos. Nos etiam, Deo favente, profectionem hanc nostram ad Regiam Maiestatem, quam suscepimus, brevi perficiemus. Nam hodierno die, quo Magnificentiae Vestrae literas accepimus, ad arcem nostram Ragnit sumus progressi... Datae ex arce nostra Rangnit 28 Ianuarii anno 1535.

In initio epistolae in margine: Andreae de Gorckaw.

a) correctum ex: parere

b)-c) in margine

d) correctum ex: faciliter

1) Georgius Blumenthal.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

de litteris a Christiano III rege Daniae, celeri responso opus habentibus, acceptis et de sua proxime futura ad regem Poloniae projectio- ne nuntiat; de Ioannis Pein, regis Daniae oratoris ad regem Polo- niae missi, adventu; de Joachimi iunioris marchionis Brandenbur- gensis negotio (matrimonio cum Hedvige, filia regis Poloniae) fe- licem exitum habituro; de legatis eiusdem marchionis ad regem mit- tendis.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 215v-216.

An Nickel Nybschitz den 28 Januarii 35.

Unsern grus zuvor.

Erbar und erenvester, lieber, getrewer.

Wiewol uns dein voriges schreiben, so uns underwegen als wir nach der Mymmel gereist und solchs hauss unsers abwesens auch haben bestellen wollen, zukommen, dennacht allerley bewegens gewacht, so sein wir gleichwoll entschlossen gewest, uns allerley geschwinden practiken halben, davon wir dir zuvor zum theil anzeigung gethan und das uns von dem erwelten konig zu Denmarckenn, unserm lieben ohem, schwager und bruder, herrn Christiann, schriften, die eilender antwort bedorffen und daraus wir mit ko.mt. reden mussen, zukommen, zu ko.mt. uff der past zu begeben. Dieweil wir aber auss deynem itzigen schreyben, so uns den 28 dits monats zu Rangnit überreicht, verstanden, das ko.mt. zu Polan unser ankhunft woll zufrieden, sein wir in bedacht der nodturft und zu vorhuetung allerley geschwinder practiken willens uns den nechsten Sannabent vonhinnen zu begeben und die nachtleger, wie die hie vor ihn vorzeichnus zugeschrieben, zu nehmen. So ist auch Johann Peyn auss Denmarcken ankommen, welcher von dem erwelten konig, wie wir bericht, mit instruction und gewerben an ko.mt. zu Polan abgefertigt und uns auch nacheyen wurde. Hieneben wollen wir dir auch nicht bergen, das uns unser freuntlicher, lieber veter, her Jaachim der junger, marggraff zu Brandenburgk, der bewusten sachen halben und wir seiner lieb gesandten widerumb darauf, wie du dich aus beyligenden abschriften, solcher handel auch zu gutem, glücklichem ende gereich werde. Derwegen wollest dein sach numehr ihn ruhe stellen und dir an deinen schlaf disfals nichts benehmen lassen. Und wiewol in dem schreiben abgedachts unsers freuntlichen, lieben vettern die personen der bothschafter nicht aussgedrucklich, sonder allein der bischoff von Lebuss¹⁾ genont, so hat dach unser burggraff bei den bothen erkundigt, das neben dem bischoff ein graff von Schwartzenburgk und Schenck Wilhelm von Tautenbergk ungewerlich mit XL pferden abgefertigt sein. Welchs wir dir, verner ko.mt. des zu berichten habst, gnediger meynung nicht haben wollen verhalten, dan dir mit gnaden sein wir gewogen. Datum Rangnit eylend den 28 tag Januarii 35.

1) Georgius Blumenthal.

N. 1094.

Ragnetae, 29.I.1535.

Albertus dux in Prussia

Adamko, tenutario in Krože (in ms. Croatzen)

*rogat, ut in carcerem coniiciat et examinet homines quosdam, quos
« miser quidam homo nomine Gritzus », ob homicidium in distric-
tu Cleipodiensi (Mimlensi) super subdito quodam suo perpetratum
in carcere arcis suae Tilsith retentus, prout veros homicidas indi-
cavit, et per Iacobum Born, servitorem suum, se certiorem faciat,
an ita sese res habeat necne.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 594-596.

N. 1095.

Vilnae, 12.II.1535.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

*rogat, ut Severino Boner pecuniam pro quattuor equis debitam persol-
vat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 160.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 216-216v.

N. 1096.

Vilnae, 18.II.1535.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

*rogat, ut Ioanni Glaubitz (error pro: Gleiwitz?) pro sericis sibi missis
debitam pecuniam nomine suo persolvat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 160.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 216v-217.

Vilnae, 4.III.1535.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Iskrzycki, succamerario Camenecensi,

ante suum Vilna discessum promissionem et litteras regias se impetraturum esse nuntiat, ut Iskrzycki non invito vel inscio rege sibi servire possit, et rogat, ut eiusmodi literis acceptis se subito in Prussiam conferat; futuri stipendii partem in antecessum mittit.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 217-217v.

An Nickell Isskritzky den 4 Marcii anno etc. 35.

Unsern gunstigen grus zuvor.

Ernvester, lieber, getrewener.

Nachdem wir ewher wolfart und gesuntheit allezeit gern erfahren, so haben wir, dieweil jtzt botschaft an euch furgefallen, nicht undterlassen mogem, euch mit unser schrift zu ersuchen, und dieweil wir von dem erenthesten unserm radt und lieben getrewen Nickelnn von Nibschitz etc. alhy verstanden, welcher massen bericht an euch gelangt, als solten wir den angehenden somer mit kriegshendeln umbgehen und beladen sein, warzu ir euch dan auch willig geprauchen zu lassen (des wir uns mit allen gnaden gegen euch thun bedancken) dienstlich erpitten. Nu ist nicht an, es machten sich die fhelle, das wir mit kriege wurden zu thun haben, wol dermassen zutragen, und wiewoll wir gar ihn kheynem zweiffel setzen, ihr wurdet uff unser hernachmals zuschreiben bey uns erscheynen, so wollen wir doch, gleichwoll ehe wir uns von hiab begeben, bey ko.mt. zu Polan, unserm gnedigsten und freuntlichen, lieben herrn und ohem, euch, damit ir uns dest bass und statlicher mit koniglichem willen und wissen zu ziehen mocht, erleubnus und auch schriften an euch zu erlangen und ausszubringen uns bearbeiten, genediglich synnende und begerende, ihr wollet unbeschwerdt sein, euch alsdann uff die ubersandte konigliche, auch unser schrieft, zu uns zu begeben, wie wir euch dan in unserm schreiben vernere anzaigung, wes ir auch allenhalben zu halten thun wollen.

Und dieweil wir alhie die register, darauss wir uns ewer bestallung und wes man euch nach an hindterstelligem dienstgelde, phlege und schuldig were, ersehen hetten mogem nicht beihanden, so haben wir dennoch nicht undterlassen wollen, euch hiemit hundert gulden an euher dienstbesoldung zu uberschicken. Die wellet also von gegenwertigem zaiger uff rechenschaft empfahen. Euch gnedigen willen zu erzeigen sein wir geneigt. Datum Wilna am Donnerstag nach Oculi etc. 35.

N. 1098.

Vilnae, 10.III.1535.

Albertus dux in Prussia

Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi,

*de sua Vilnae apud regem ad expedienda gravissima quaedam negotia
commoratione eum certiores reddit et rogat, ut eadem negotia
sua apud regem promoveat; transmittit copias instructionis suae
ad regem, responsi sibi a rege dati, replicam suam ad responsum
regium.*

(*Latine*)

Iam ed.: A.T. XVII, N. 148.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 596-598.

N. 1099.

Vilnae, 10.III.1535.

Albertus dux in Prussia

Andreae Tęczyński, castellano Cracoviensi,

*de sua Vilnae apud regem ad expedienda gravissima quaedam negotia
commoratione eum certiores reddit et rogat, ut eadem negotia
sua apud regem promoveat; de Hieronymi Łaski valetudine et re-
rum suarum statu certior fieri cupit.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 598-599.

N. 1100.

Vilnae, 10.III.1535.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Tarnowski, palatino Russiae, exercituum R.P. generali capitaneo,
de electione in supremum ducem exercitus, aestate proxima contra
Moscovitas mittendi, gratulatur; de Hieronymi Łaski valetudine et
rerum statu certior reddi cupit.*

Cjr. El. XXXV, N. 419.

(*Regestum in A.T. XVII, N. 149.*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 599-600.

Magnifice et Generose etc.

Compertum habemus Magnificentiam Vestram a Sacra Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo et avunculo charissimo, in Supremum exercitus Ducem, quem Regia Sua Maiestas ad futuram iam et instantem aestatem contra Muscovitas mittere constituit, esse electum. Qua de caussa Magnificentiae Vestrae et gratulamur plurimum et, ut ista profectio foeliciter Magnificentiae Vestrae succedat, vehementer optamus. Multum etiam gratulamur Regiae Maiestati, utpote quae talis ducem ad exercitum suum elegerit, qui et prudentia non mediocri

et scientia rerum bellicarum optima huic exercitui praeesse commode et universo Regno Polonie magno honori^{a)} atque emolumento esse possit. Haec^{b)} iam in praesentia vel salutandi solummodo gracia ad Magnificentiam Vestram scribenda esse duximus et contestandi amoris nostri erga Magnificentiam Vestram caussa, quam cupimus et rogamus firmiter, sibi de nobis istud persuadeat, nos non omissuros, quin si qua in re Magnificentiae Vestrae gratificari possumus, facturi id simus summo studio sedulo atque diligencia singulari. Rogamus Magnificentiam Vestram, ut illa nos de Domini Hieronymi de Lasko valetudine et rerum suarum statu cerciores reddere non dedignetur... Datae Vilnae 10 Marchii anno etc. 35.

In initio epistolae in margien: Domino Ioanni Comiti de Tarnaw.

a) *sequitur ac expunctum.*

b) *supra lineam.*

N. 1101.

E Regio Monte, 10.III.1535.

Consiliarii Alberti ducis in Prussia
Gregorio Skora de Gay, tenutario Obornicensi,
duce absente litteras eius se accepisse atque aperuisse nuntiant et du-
cis nomine eum invitant, ut ad praestandum hereditarium homa-
gium (erbhuldigung) se quanto citius in Ducatum Prussiae conferat.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 217v-218.

N. 1102

Vilnae, 11.III.1535.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
responsum a se datum ad litteras regias, quibus sibi iniungebatur, ut
malleum deponeret et se a cudenda moneta abstineret, et replicam
regiam ad idem responsum suum transmittit.
Cfr. El. XLVI, NN. 157, 159, 160.
Ostpr. Fol., vol. 42, f. 218.

Ann Jobst Ludewig denn XI Marcii 35.

Unsern gnedigen grus zuvor.

Edler und erenvhester, lieber, getrewer.

Nachdem ir uns mermals angezeigt, welchermassen die stende der Cron Polan bey ko.mt. den hamer niderzulegen und von muntzen auf-zuhoren anregung gethan, also wollen wir euch nicht bergen, das sein

ko.mt. solchs yetzo auch bey uns gesucht und begert, warauf wir seyn
ner ko.mt. diese antwort mit A. vorzeichnet gegeben, also das wir
derselben zu ehren und gefallen ein jahr langk uff Johannis anzuheben
von muntzen aufzuhoren, doch mit solchem bescheydt, wie solcher ar-
ticul unser antwort mitpringt, damit dennacht von muntzen nicht gar
abgestellet und das gleichwoll sylbere muntz zu sechs und drey gro-
schen solten gemutzt und geschlagen werden, bewilligt. Darauf sein ko.
mt. ir widerantwort, wie ir euch auch hiebey mit B. signirt, zu ersehen
gegeben. Dieweil wir aber sylbere muntz zu schlagen lassen bedacht
und nottig ansehen, so wolten wir euch diissfals allenthalben darnach
wissen zu richten gnediger meynung nicht unangezeigt lassen. Dan
euch gnedigen willen zu erzeigen seindt wir geneigt. Datum Wilna, ut
supra.

N. 1103

Vilnae, 21.III.1535.

Albertus dux in Prussia

Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi,

*petitum a rege modicum subsidium (consideratis variis adversariorum
moliminiibus) sibi denegatum esse queritur et rogat, ut, «attentis
etiam gravissimis temporibus periculosissimisque practicis», apud
regem studeat et instet, quo petitum auxilium sibi concedatur, et consi-
lium suum sibi impartiri velit, quid sibi ad resistendum Theutoni-
corum et Livioniensium conatibus faciendum sit.*

*(Schedula: de studiis suis in negotio ineundi matrimonii inter filium
Caroli ducis Munsterbergensis [Henricum] et Annam ducem
Masoviae).*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 421.

Iam ed.: A.T. XVII, N. 170.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 601-604.

N. 1104.

Vilnae, 22.III.1535.

Albertus dux in Prussia

Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

*Iacobum Grolock, quem ad expedienda quaedam negotia Vilnae relin-
quit, commendat et rogat, ut ei iustitiam ita administret, «quo ex-
tantia et liquida sua debita, ad quindecim sexagenas Lithuaniae,
sine mora possit consequi»; deinde intercedit pro alio subdito suo,
Hieronymo Verspach, ut bona ei iniuste retenta recuperare possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 605-606.

N. 1105.

Caunae, 28.III.1535.

Albertus dux in Prussia

*Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, teloneatori Caunensi,
rogat, ut subdito suo, Stephano Phryss, in praeparandis et conficiendis
aliquot lastis «mulsi seu vulgo medonis» auxilio sit et operam
suam praestet, ut «tales lasti medonis» tanto citius ad se adferri
possint.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 607.

N. 1106.

E Regio Monte, 4.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

*Andreae a Górkä, castellano Calissiensi,
iuvensem Michaelem Kauffmann, civis Stettinensis Matthiae Kauffmann
filium, commendat et rogat, ut eum inter servitores suos adnume-
rare velit, quo linguae polonicae ediscendae navare possit.*

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 218v.

N. 1107.

E Regio Monte, 4.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

*episcopo Camenecensi [Petro Gamrat]
pro Ioanne de Stradaun, subdito suo, cuius uxor cum nonnullis rebus
suis clam amotis in Masoviam profugit, intercedit et rogat, ut ei
in hoc negotio ita adesse velit, quo et uxorem et res suas recupe-
rare possit.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 608.

N. 1108.

E Regio Monte, 15.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

*Iosto Ludovico Decio
ad litteras eius 30.III. datas respondens, sententiam suam de cudenda
moneta profert; iterum urget, ut Severino Boner et Ioanni Gleiwitz
debitam pecuniam suo nomine persolvat.*

Cfr. El. XLVI, N. 160.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 219-220.

An Jobst Ludwigk den 15 tagk Aprilis.

Unsern grus zuvorn.

Edler und erenvhester, lieber, getrewer.

Uns ist ewher schreiben, des datum helt Krakaw am 30. tag des
monats Marcii gegenwertiges funfunddreissigsten jahrs, ihn dieser stun-

de zukommen, daraus wir vernomen, wie ir euch auss unsren schriften, so wir der muntz halben an euch verruckter zeit gethan, angesehen, der zweien zedell, so wir euch desselbigen mols uberschickt, welche ewers verstandts widereinander sein und ko.mt. zu Polan etc. diversum responsum geben hatt sollen, nicht verrichten koent. Nun hetten wir uns nicht versehen, das euch solche zedell einigen unverstandt brengen hetten sollen, wollen aber euch gleichwoll ihn disem fhall genediger meynung nichts bergen. Wiewoll wir zu muntzen privilegirt, so wolten wir dannacht seyner ko.mt. zu ehren und gefallen ein jhar lang von muntzen pfenning, schilling und groschen abstehen zu ersehen, wes nutzs ader schadens daraus entstehen mochte, doch unbegeben unser regalien, privilegien, freyheiten etc. Auch dieweil in diesen geschwinden leuften und practicen mehr gelts und muntzs, dann zuvor, notturftig, so wolten wir uns sielbere muntz zu sechs und drey groschen, nachdem solche am sielber so gutt als die goltenschmidt das verarbeiten schlahren zulassen, auch diets vorbehalten haben, woe es die notturff des landes wider zu muntzen lassen erfordern und befunden, das pfenning, schilling oder groschen zu muntzen zu vorhuetung des^{a)} lants schaden und zu handtirung des gemeynen mans, welcher nicht alwegen mit guldern oder marcken, sonder mit groschen, schilling und pfennig handeln muss, vonnoeten sein wurdet, das uns solchs auch frey stunde. Aber die vorsicherung, so wir von ko.mt. gebeten, erstreckt sich nicht auf die neue muntz, dieweil wir doch zu muntzen privilegirt, dohin das uns die bewilligung des stilstanthes ihns jhars fristen an unsren regalien unnachtheilig, auch zudem, woe wir auss notturft des landes zu muntzen verursacht, das dieselbig muntz ihm reich Polann und ander seyner ko.mt. landen zu nemen nicht verpoten wurde. Wollen derhalben an euch genediglich gesoennen haben, ihr wollet darauf gewarnet und geschicket sein, damit solchem statlich nachgesetzt, nichts weniger dieweil unserm muntzvorwalther alhie zu Konigspergk etlich silber zu unser notturft und vorhabenden hendeln davon sielbermuntz als sechsser und dreyer zu schlahren überantworten haben lassen, des er sich dan dasselbig one ewer vorwissen und bevelich etwas beschwert und wir ime gleichwol inen das bey euch zu entnemen vortrostung gethan, ihr wollet des ihn ansehung, das wir solch zu unser selbst notturft muntzen lassen, kein beschwerde tragen.

Fur das ander, was die bezalung ehren Severin Boners anlangt, wissen wir uns aus ewerm selbst eygenem schreyben, so ir an uns derhalben gefertigt, nicht anderst zu erynnern, dan das er numehr vorlangst entricht sey. Hierumb dieweil wir befinden, das euch (nachdem bey ko.mt., unserm genedigen herrn und freuntlichen, lieben ohemen, ne gelt oder andern wichtigen sachen sich zu untherschreyben der brauch) das bede bevelich Boners und Glewbitz bezalung halben von uns mit unser eygenen handt unvorzeichent zukommen nicht wenigk befrembdt, als ist solchs nicht umb gefhar willen, sonder vielmehr auss vorgessenheit vorplieben. Dorfft auch nicht sorgen, das wir euch hierin gefharen wollen, nachmals mit genaden bogerende, ihr wollet solche zalung egemeitem ehren Severino Boner ins furderlichst thun und euch diese unser untherschrift genugsam lassen sein. Wir vermercken auch in gedachts kauffmans Hannsen Gleywitz an uns gethanem schreyben, das ehr sich der bezalung halben etwas beschweret, angesehen das ein versehens ihn unser cantzley in entrichtung des termis^z), nemlich in dem, das er mit uns gemacht, das die bezalung acht tag vor Pfingsten,

aber euch, das ir ime das gelt albereit auf Johannis erlegen, geschrieben sein soll, beschehen ist. So gereichert uns zu sonderm genedigem gefallen, wo ir nun die wege finden koent, dieweil es jhe einmall bezalt muss sein, das der guth man, sofern es muglich, auf Pfingsten bezalt mocht werden. Und sein erfrewhet, das ir einsmals zu uns zu kommen willens seit, von Gott wunschende, er wolle euch ein geluckselige reiss und ankunft verleyhen und verhoffen. Ir werdet nuhemehr auss diesem unserm schreyben, wie wir den stielstanth grosschen, schilling und pfennig zu muntzen bewilligt, darnach ir euch one zweifel ferner zu richten, damit die silbere muntz statthaftig geschlagen, gruntlich und eigentlich vorstehen. Thun uns daneben sampt unser freuntlichen, lieben gemahel^{a)} des zugeschickten muschkathellers hochlich bedancken und wollens gegen ewhr person und den ewern ihn allen genaden widderumb zu erkennen nicht vergessen und haben nichts weniger euch diets auf euher schreiben zu antwort genediger meynung nicht vorhalten mogen. Datum Konigspergk, ut supra.

a) bis scriptum

z) sic in ms.

1) Dorothea

N. 1109.

E Regio Monte, 16.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Gleiwitz, civi Cracoviensi,

de errore quodam in termino solutionis commisso, de quo ex litteris eius accepit; pro vinis a Decio per eum sibi missis gratias agit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 220-220v.

N. 1110.

E Regio Monte, 23.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisiensi [Ioanni Chojeński]

oblata tabellarii occasione, aliqua nova transmittit; petit, ut se regi commendare velit.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 608-609.

Reverende in Christo Pater.

Statuimus brevi proprium nunctium ad Reverendam Vestram Paternitatem transmittere, quo eandem de omnium rerum statu, mutatione et vicissitudine, quae in hoc^{a)} orbe terrarum perpetua esse solet et in quantum ab eo tempore, quo Sacram Regiam Maiestatem dimiserimus, per nostros indagatores et exploratores in nostro negocio persentire potuimus, certiorem reddamus^{b)}. Quare videri posset supervacaneum Reverendam Paternitatem Vestram, alias multis maximis et arduissimis negociis obrutam, hoc tempore molestare. Verum cum se offerret commode praesens hic literarum exhibitor, praetermittendam nequaquam sumus arbitrati nactam occasionem, quin eidem si nil aliud, saltem nova, quae hoc tempore nobis certa sunt et Reverendissimae

Vestrae Paternitati latere nolumus, communicemus, amicabiliter et fraterne petentes, Reverenda Vestra Paternitas dignetur haec amice et fraterne accipere et Sacrae Regiae Maiestati nostro nomine indicare. Cui, precamur, nos Reverenda Vestra Paternitas tanquam Domino et avunculo clementissimo, studiose commendare, subdita cum precatio-
ne omnis felicitatis, velit; quod ut itidem apud Serenissimum iunio-
rem Regem et Reginales¹⁾ Maiestates exequi non gravetur, fraterne et amice petimus. Daturi sumus vicissim diligentem operam, ut omni studio, amore et gratia omnia studiose nostris officiis compensemus... Datae e Regio Monte, 23 Aprilis, anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Episcopo Premisiensi.

a) *in ms. hac*

b) *in ms. reddemus*

1) *Bona cum filiabus*

N. 1111.

E Regio Monte, 25.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Tarnowski, palatino Russiae, exercituum R.P. capitaneo generali,
pro studio et benevolentia erga se exhibita gratias agit; de supremi du-
cis exercitus contra Moscoviam ducendi dignitate iterum gratula-
tur et victoriam exoptat.*

Cfr. El. XXXV, N. 419.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 610-611.

Magnifice ac Generose, Frater nobis dilecte.

Literas, quas Magnificentia Vestra feria quinta ante festum Passchae ad nos dedit, accepimus, fueruntque nobis illae multis nominibus gratissimae et quia significabant propensum omnino animum atque studium Magnificentiae Vestrae erga nos, et quod ab eo proficiscebantur, qui non solum rerum bellicarum usu expertus, verum etiam omnibus prestantissimis virtutibus et prudentia non mediocri preditus, summum honoris fastigium sit consecutus. Itaque Magnificentiae Vestrae pro tali studio et benevolentia erga nos ingentes gracias et agimus et iniunctae Magnificentiae Vestrae a Sacra Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo et avunculo charissimo, provintiae iterum atque iterum gratulamur, Deum Optimum Maximum precantes, ut is omnes Magnificentiae Vestrae conatus foeliciter ubique fortunet atque gubernet, praesertim in suscipienda illa in Muscoviam adversus immanissimum hostem profectione, foelicitem^{a)} largiatur ac prosperum rerum omnium successum. Magnificentiae Vestrae officium nunc erit, ut ea hanc spartam, quam est nacta, ornet sedulo atque diligenter.

Postremo rogamus Magnificentiam Vestram amice ac fraterne, ut nos de omnibus, quae in Muscovia accident, quaeque agentur, plenius atque copiosius certiores reddere non dedignetur. Qua re graciis nobis Magnificentia Vestra facere nihil potest... Datae e Regio Monte, anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Ioanni Comiti a Tarnaw 25 Aprilis.

a) *in ms. foelicitem*

N. 1112.

E Regio Monte, 25.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Radziwiłł

ab eo id rogatus, equum, sellam, totum apparatus et arma, quibus ad proprium suum corpus usus est, libenter mittit.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 611.

N. 1113.

E Regio Monte, 25.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

palatino Plocensi, capitaneo Marienburgensi [Felici Srzeński]

ad dilationem termini conventus commissariorum in negotio aquaeductus a lacu Dziergoń derivandi ea lege consentit, ut id regi quoque indicetur; in causa generi eius, Ioannis Zawisza Dłużniewski, rogit, ut nomina profugorum et loca, ubi degant, sibi perscribat.

Cfr. El. XXXV, N. 429.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 616-617.

Salutem et quidquid grati praestare possumus.

Magnifice et Generose.

Oblatae sunt^a nobis Magnificenciae Vestrae literae, ex quibus intelleximus, quod petat Magnificencia Vestra constitutum illum duodecimum diem Maii ad conspiciendum eum locum, per quem aqua deduci debeat ex lacu Gergaw^z ad Marienburgum, in aliud tempus post festa Pentecosten in sex aut in septem septimanas differri. Nos autem, quoniam satis iustas videmus caussas, propter quas Magnificencia Vestra ad prenominatum diem venire non queat, volumus hac in parte Magnificenciae Vestrae libenter morem gerere ac illum diem differre, sed ea tamen condicione, ut istud etiam Suae Regiae Maiestati indicetur, ne Regia Sua Maiestas nos impedimento aut in mora fuisse existimet, quominus hoc tempore commissarii conspicere eum locum potuerint. Petimus autem, ut nobis Magnificentia Vestra^b certum tunc diem prescribat atque constituat, quo nostri commissarii comparere^c debeat. Dabimus operam, ut tandem hoc negocium finiatur. Si vero eo tempore, quod nobis Magnificentia Vestra praescribet, nostri commissarii ad diiudicandum et cognoscendum eum locum venire non poterunt^d, facturi sumus ea de re Magnificentiam Vestram prius certiorem.

Quod Magnificentia Vestra, pro Magnifico Domino Savisio^l, Castellano Plocensi, genero suo, apud nos intercedit et petit, ut illi subditos suos, qui in dominium nostrum aufugerint, cum omnibus bonis resti-

tui curaremus, nos vero, quoniam de talibus nihil explorati et comperti habemus et nomina illorum nobis sint incognita, rogamus Magnificen-tiam Vestram, velit nos primo quoque tempore de illis plenius et clari-ius cerciores reddere, necnon et nomina subditorum illorum, et qui-bus in locis degant, perscribere, item quo tempore isti aufugerint et an proprii sint homines vel non. Curabimus tunc, ut tales praedicto Cas-tellano restituantur... Datae e Regio Monte 25 Aprilis, anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Capitaneo Marienburgensi 25 Aprilis.

- | | |
|-----------------------------------|--|
| a) <i>in ms. sint</i> | d) <i>correctum ex: poterint</i> |
| b) <i>super lineam</i> | e) <i>sic in ms.</i> |
| c) <i>correctum ex: comparare</i> | f) <i>Ioannes Zawisza Dlużniewski.</i> |

N. 1114.

E Regio Monte, 28.IV.1535.

*Albertus dux in Prussia
Martino Cromero, episcopi Premisiensis secretario,
pro exiguis muneribus ei missis, ex propenso suo in eum animo pro-
fectis, non fuisse opus «tanta tamque honorifica gratiarum actio-
ne» nuntiat; episcopo Premisiensi [Ioanni Chojeński] se commen-
dari petit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol., 49, ff. 609-610.

N. 1115.

E Regio Monte, 28.IV.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki]
pro litteris et benevolentia gratias agit; se non tam propter suam,
quam regis et Regni Poloniae utilitatem a rege subsidium petivisse
(quod sibi denegatum est); rogat, ut in conspectu imminentium pe-
riculorum sapienti suo consilio regi adesse perget; pro studiis in
negotio contrahendi matrimonii inter Annam ducem Masoviae et
filium Caroli ducis Munsterbergensis [Henricum] adhibitis gratias
agit; sua studia ea in re etiam irrita fuisse nuntiat, nam dux Anna
nemini extra Regnum Poloniae nubere vult.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 421.

Iam ed.: A.T. XVII, N. 261.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 622-625.

E Regio Monte, 28.IV.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]
de negotiis Danicis se ei nuper scripsisse nuntiat et rogat, ut apud
regem instet, quo Gedanensibus mandare velit, ut pro conservanda
et augenda amicitia inter reges Poloniae et Daniae aliquot naves pa-
rent et arrestatas naves Sueticas liberas dimittant; pro litteris regis
ad consiliarios terrarum Prussiae transmissis gratias agit, sed de
subterfugiis Stanislai Kostka, terrarum Prussiae thesaurarii, queri-
tur; se certiore factum esse significat de moliminibus cuiusdam
civis Gedanensis, « qui superioribus annis non carebat suspicione...
seditionis in negotio [Eberhardi] Ferbers »; rogat, ut absente Ni-
colao Nibschatz mittendum sibi curet exemplar litterarum a servi-
tore Alberti Gasztold ex Livonia allatarum.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 420, 422.

Iam ed. A.T. XVII, N. 264.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 618-620.

E Regio Monte, 28.IV.1535.

*Albertus dux in Prussia
Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
rogat, ut a nuntio suo, ex Livonia reverso, omnia accuratius et citius
postulare, perquirere et sibi transmittere velit.*

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 621.

Magnifice ac Generose.

Cum puerum nostrum Vilnam versus ablegare vellemus, haudqua-
quam committendum arbitramur, ut is absque nostris literis ad Ma-
gnificam Vestram Dominationem veniret, sed pocius sanitatem et pro-
sperrimam valetudinem Magnifica Vestrae Dominationis per literas
nostras invisendam esse putavimus, ex animo cupientes, ut eidem om-
nia ex animi sententia prosperrime succedant fruaturque prospera cum
amantissima coniuge et liberis dulcissimis valetudine. Haud credimus
Magnificam Vestram Dominationem oblivioni tradidisse, quae eadem
nobis de nunctio illo ex Livonia literas adferente, subdito Magnificen-
tiae Vestrae, coram contulerimus et quid tandem petierimus. Denique
quod nobili Domino Nipschitz sollicitandi apud Magnificam Vestram
Dominationem iniunctum sit onus. Porro Dominus Nipschitz, antequam
se committeret itineri, significavit nobis saepius in hoc negocio ab eo
factam esse interpellationem, verum cum tabellio non fuisset praesens,
nil accipere potuisset, quam quod Magnifica Vestra Dominatio lite-

ras illas et alia, quae adhuc supersunt apud nuntium, ipse nobis suo tempore transmittere velit. Et cum ea omnia, quae apud nuntium supersunt, celerius videre pluribus de caassis cupiamus, petimus amice, Magnifica Vestra Dominatio dignetur accuratius et citius omnia illa a subdito suo postulare, perquirere et nobis transmittere. Si quid est, in quo nostro studio et officio eidem vicissim commodare possimus, sentiet Magnificentia Vestra nos officiose semper esse paratos. Datae e Regio Monte 28 Aprilis.

In initio epistolae in margine: Domino Gastoldo.

N. 1118.

E Regio Monte, 30.IV.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisiensi [Ioanni Chojeński]
formam regii «consensus litterarum» (imperatori mittendarum?) trans-
mittit, non eo ut «Regiae Cancellariae viam scribendi demonstra-
re» velit, «sed ut omnes res... clarius possint perspici atque in-
telligi».*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 626-627.

Reverende in Christo Pater etc.

Posteaquam nobis Nobilis ac Generosus Dominus Nicolaus Nipschitz a Barschen, fidelis atque dilectus Consiliarius noster, indicavit Sacram Regiam Maiestatem, Dominum nostrum omnium clementissimum et avunculum charissimum, consensum illum literarum clementer admississe et comprobasse, insuper et mandavisse, ut Regiae Suae Maiestati certa noticia et cognitio earum personarum aliarumque circumstanciarum transmittatur, opere praecium nos facturos existimavimus, si hanc copiam consensus iam et fieri curaremus atque etiam Reverendae Vestrae Paternitatı una cum istis literis transmitteremus, non eam ob causam, quod Regiae Cancellariae viam scribendi demonstrare nobis esset in animo, sed ut omnes res tanto melius et clarius possint perspici atque intelligi. Quamobrem Reverendam Paternitatem Vestram amice ac fraterne rogamus, eadem velit hanc causam coram Sacra Regia Maiestate proponere, hocque negocium apud eandem tam ad nostram, quam aliorum Dominorum utilitatem ac commodum, ne scilicet ipsis inde aliquid detrimenti et incommodi promanare possit, ita promovere, quo hanc Reverendae Paternitatis Vestrae in rebus nostris ac negotiis diligenter expediendis diligentiam plurimum nobis ceterisque Dominis profuisse intelligamus. Non dubitantes, quin Reverenda Paternitas Vestra ita se atque talem in omnibus, prout volumus atque cupimus, exhibitura sit, quod nos erga eandem summo semper studio atque diligentia singulari promererri studebimus... Datae e Regio Monte, 30 Aprilis, anno etc. 35.

In initio epistolae in margine: Episcopo Premisiensi, 30 Aprilis.

a) *correctum ex: curaremus*

E Regio Monte, 30.IV.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]
binas litteras suas se accepisse nuntiat; pro diligentia in expediendis
negotis suis adhibita et pro novis, praesertim de Moscovia, sibi
missis gratias agit; regi victoriam auspicaut; de Nicolao Minckwitz
cum suis ab Hieronymo Łaski profligato refert; pro impetrato a rege
ad Gedanenses mandato, ad regem Sueciae [Gustavum I] attinente,
gratias agit.*

Cfr. El. XXXV, NN. 422, 424.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 628-630.

Reverende in Christo Pater, amice ac frater nobis charissime.

Quidquid est in nobis gratissimorum obsequiorum, id omne Reverenda Paternitati Vestrae dedicamus. Cui salutem omniaque bona multos in annos precamur, maximas agentes gratias, quod nos literis suis tam crebre accedere dignatur. Ex eo enim vel omnium maxime animum Reverenda Vestrae Paternitatis erga nos fraternum agnoscimus. Accepimus autem uno die binas a Reverenda Paternitate Vestra literas, in quibus scilicet prioribus, 16 Aprilis ad nos scriptis, nobis indicat se causam hanc nostram et negocium, quod nobili fideli nostro atque dilecto Foelici ab Althen commisimus, apud Sacram Suam Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et avunculum charissimum, diligenter expedivisse, pro qua diligentia Reverenda Vestrae Paternitati immortales agimus gracias. Agimus praeterea gratias pro novis nobis communicatis, praesertim de Moschovia. Gratulamur ergo multum Regiae Suae Maiestati^a amplissimisque tocius Regni Poloniae ordinibus, optantes^b, ut Regia Sua Maiestas talem in omnibus omni tempore fortunam contra immanissimum illum hostem experietur. Nos ea, quae in praesentiarum habemus nova, vicissim communicamus. Quamvis nihil precipui nunc habeamus, quod non Reverenda Vestra Paternitas melius atque certius eo in loco quam nos hic noverit, facimus tamen eandem cerciorem Dominum Hieronymum Lassky haud procul ab arce Kesemarck Nicolaum Minkwitz cum omnibus suis ceppisse ac profligasse. Haec pro certo nobis sunt relata.

Ad posteriores Reverenda Paternitatis Vestrae literas, 19 Aprilis ad nos scriptas, paucis respondebimus, atque ita, quod eas literas ad Regem Suecorum¹ pertinentes, quas nobis Reverenda Paternitas Vestra una cum his transmisit, accepimus et quanquam serius nobis illae oblatae sint et paucis etiam exactis diebus proprium nuncium^c ad praeatum Regem Sueciae ablegaverimus, tamen daturi sumus operam, ut illae quam citissime ad loca debita perferantur. Agimus autem summas Reverenda Paternitati Vestrae gracias, quod eadem, quae nos optavimus, apud Sacram Regiam Maiestatem perfecerit atque obtinuerit, mandatumque ad Gedanenses impetraverit etc. Rogantes amice, ut Reverenda Paternitas Vestra semper ac in omnibus sese talem erga nos exhibere, nos atque nostros Regiis Reginalibusque Maiestatibus, Dominis nostris clementissimis et consobrinis charissimis, diligenter atque

sedulo commendare non dedignetur. Datur vicissim operam, ut in omnibus, quae ad Reverendae Vestrae Paternitatis dignitatem augendam et amplificandam faciant, nos praestemus lubentes ac beneficiorum acceptorum memores... Datae e Regio Monte 30 Aprilis, anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Episcopo Premisliensi 30 Aprilis.

- a) *correctum ex: Maiestatis* c) *sequitur expunctum: prefatum*
 b) *sequuntur expuncta verba: atque spe- 1) Gustavus I Wasa.*
 rantes

N. 1120.

E Regio Monte, 30.IV.1535.

*Albertus dux in Prussia
Petro Opaliński, magistro curiae regis iunioris,
scribit rumorem sibi allatum de Nicolao Minckwitz cum omnibus suis
ab Hieronymo Łaski profiliato.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 627-628.

Magnifice et Generose.

Obsequia sua regi commendari petit (omittitur).

Et quamvis minime dubitemus Magnificam Vestram Dominationem novarum rerum plaustra aliquot habere et magis certa, quam nos habere possimus, attamen noluimus haec reticere famam esse apud nos constantem Dominum Lasky ante Kesmarck Nicolaum Minquitz cum omnibus suis profligasse, eumque ipsum Nicolaum in ea ipsa pugna captum esse et vincitum detineri. Haec quamvis Magnificae Vestrae Dominationi sint magis certa, nos tamen celare non potuimus... Datae e Regio Monte XXX Aprilis, anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Domino Oppolinsky.

N. 1121.

E Regio Monte, 30.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro.

aulicum regium nomine Steinkirch, commendat et rogat, ut ei a rege impetraret, quo aliquot equos stipendiis regii alere possit.

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 427.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 631-632.

N. 1122.

E Regio Monte, 30.IV.1535.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
Georgium et Gregorium Meck, hospites suos Vilnenses, commendat et
rogat, ut causam eorum apud regem ita promovere, ut petita a re-
ge consequi possint.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 632-633.

N. 1123.

E Regio Monte, 6.V.1535.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*interrogat, an opera fabri ferrarii, qui per anni integri spatium apud
eum laboravit et commissos sibi labores iam confecit, nunc uti pos-
sit; nova de rebus Danicis mittit; nuntiat de victoria Eustachii
[Daszkiewicz], capitanei Czercassiensis et Canioviensis, de Mosco-
vitis reportata.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 220v.

N. 1124.

E Regio Monte, 6.V.1535.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Marienburgensi [Felici Srzeński]

*postulat, ut incola quidam Masoviae, iunior Olck de Schentaw appell-
atus, qui subditis suis saepius plura intulit damna et alia maxima
perpetravit facinora, pro male factis suis iustas poenas luat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 633-634.

N. 1125.

E Regio Monte, 10.V.1535.

Albertus dux in Prussia

*Barbarae Radzanowska, viduae Martini Radzanowski,
filium eius in gratiam suam libenter accipit et in aula sua fovere pro-
mittit, ut ex ea «et doctior et moratior» abeat; pro munere missa
gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 634-635.

N. 1126.

E Regio Monte, 10.V.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]
litteras ad regem scriptas sibi allatas transmittit; certior fieri cupit,
quid responsi in causa navium Sueticarum Gedanenses dederint;
rogat, ut apud regem studeat, quo lacum Družno (Drausen) sibi
eodem pretio, quo antea alii eum habuerunt, locare velit; exempla
litterarum a servitore Alberti Gasztold ex Livonia allatarum sibi
mitti petit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 433.

Iam ed.: A.T. XVII, N. 292.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 636-637.

N. 1127.

E Regio Monte, 10.V.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Andreae Krzycki]
rogatus, ut Andreae a Klewki, venatori Plocensi, antiquum eius privi-
legium super bona hereditaria Kutzwalt, igne consumptum, re-
novaret, respondet se ei non invitum novum privilegium daturum,
dummodo dictorum bonorum status et conditionis plenam sibi red-
dat rationem.*

(In margine: Episcopo Camenecensi [Petro Gamrat] mutatis mu-
tandis).

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 407, 411.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 638-639.

N. 1128.

E Regio Monte, 25.V.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]
litteras eius una cum litteris regiis et instructione ad Achatiūm Czema,
legatum regium ad magistrum Livoniae [Hermannum a Brüggenei]
mittendum, se accepisse nuntiat; litteras iam Achatio Czema trans-
missas esse, instructionem tamen retentam; legationem in Livo-
niām (non solum ad magistrum, sed et ad Ordinem et status Li-
voniae) variis de causis in aliud tempus differendam esse putat;
consilia praebet ad eandem legationem pertinentia.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 433, 436.

Iam. ed.: A.T. XVII, N. 311.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 611-616.

N. 1129.

E Regio Monte, 28.V.1535.

Albertus dux in Prussia

Gregorio Meck, civi Vilnensi,

rogat, ut sibi potus quosdam et pocula, iuxta elenchum per Theodoricum Kanitz (Canitz) ei exhibendum, sibi emi et mitti curet et de sumptibus ad id factis se certiorem reddat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 221v.

N. 1130.

E Regio Monte, 28.V.1535.

Albertus dux in Prussia

Alexandro Ilowski, pincernae Lomsensi et Visnensi,

enumerat rationes, ob quas petitum ab eo equum et arma ei hoc tempore mittere nequeat.

Cfr. El. XXXV, N. 428.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 638-639.

Nobilis et Generose.

Scribis te literis in Lithuaniam ad presentem contra Muscovitas belli expedicionem vocatum, petisque equum et arma tibi donari etc. Evidem haud arbitramur te nostrum hoc tempore studium ignorare, hoc, ut nos, aulici et subditi nostri ab equis et armis simus parati, quo omnes quantumvis inopinatas incursiones facile excipere atque propellere possimus. Quare credimus te intelligere, quam sit difficile in presentiarum tibi vel equum vel arma transmittere. Presertim autem cum egre possimus tot equos pro nobis, aulicis et subditis nostris habere, quot vel desideremus vel habere cogamur. Deinde quod paucis ante diebus naves nostras cum militibus, quibus arma ministrare nos oportuit, eo usque etiam ut nostra propria eisdem daremus, ablegaverimus, petimus itaque clementer has nostras rationes bene considerari, nosque, quia nihil mittimus, excusatos, re ipsa scilicet loquente, habere atque id tibi de nobis polliceri, nos tibi omnibusque tuis et in his et aliis maioribus clementer commodare velle. Ceterum quod scribis te certiorem factum et nos ad expeditionem bellicam venturos esse, qua de caussa Dominum Slupetzky¹⁾ nobis adiungi tanquam rectorem exercitus cupias etc., nihil eidem apud nos certi est de profectione illa, et quum haudquaquam^{a)} levibus negotiis in Ducatu nostro obruti sumus, arbitramur Suam Regiam Maiestatem hoc tempore nos quietos domi relicturam^{b)}. Nihilominus quia fueris sollicitus, agimus tibi clementes gracias, non obmissuri, quin et tibi et Domino Slupeczky data oportunitate commodemus. Datae e Regio Monte XXVIII Maii. Anno etc. 35.

In initio epistolae in margine: Alexandro Ilowsky.

a) in ms. haud quanquam
b) in ms. relicturos

1) Sbigneus Stupecki, castellanus Połaniecensis (?)

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
intercedit pro Georgio Steinkirch, cubiculario regio, ut eum cum tribus
aut quattuor equis in aula regia regio stipendio alere velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 639-640.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
postulatos a regina pulveres ad pixides manuarias aptos se confici man-
dasse nuntiat et 4 eorum tonnas nunc mittit; Georgium Steinkirch,
iam regi commendatum, commendat, ut regio stipendio aliquot
equos alere possit; rogat sibi a rege impetrari, ut lacum Družno
(Drausen) sibi locare velit.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 641-643.

Serenissima Regina.

Literas Reginalis Vestrae Maiestatis, scriptas Wilne XXIII Maii, obtulit mihi nobilis Georgius Steinkirch 28 eiusdem, quibus Reginalis Vestra Maiestas pulveres et pixides manuarias citissime, semota quavis mora, ad civitatem Cawnensem mitti postulat etc. Cum autem nil maius hoc tempore in votis habeam, quam quod Reginali Vestrae Maiestati meis sedulis servitiis et obsequiis inserviam, misissem pulveres ad pixides manuarias in continentis visis literis absque ulla mora^{a)}, nisi omnes pulveres una cum navibus et militibus meis ad Regem Daniae¹⁾ paucis ante diebus transmissem. Nihilominus cum sit in confessu postulata Reginalis Vestrae Maiestatis me denegare minime debere, mandavi ab ea hora, qua literas accepi, meis, quatenus absque ulla mora pulveres ad pixides manuarias conficerent.

Confecerunt itaque in hoc parvo temporis curriculo quattuor (ut vocant) tonnas, quas praefato Stinkirch tradidi, enixe petens, Reginalis Vestra Maiestas dignet haec a me dono clementer accipere et moram boni consulere atque, si posthac eiusmodi aliquid usus postulaverit, tempestive a me exigere. Porro cum Wilnae agerem, petebam a Serenissimo ac Potentissimo Principe et Domino, Domino Sigismundo Rege Poloniae etc., consorte Reginalis Vestrae Maiestatis, Domino meo clementissimo, eadem velit consideratis diligentissimis servitiis nobilis Georgii Steinkirch, eidem tres aut quattuor equos regio stipendio alere etc. Et cum videam prefatum Steinkirch in negotiis Reginalis Vestrae Maiestatis assiduum, sollicitum et diligentem, intelligamque Reginalem Vestram Maiestatem omnibus hiis servitoribus, qui fideliter

eorum subire solent officia, plane reginali gracia et clementia adductam esse, subdite peto, Reginalis Vestra^{b)} Maiestas haud gravatim velit prelibatum Steinkirch Sacrae Regiae Maiestati commendare eique servitium illud a Sacra Regia Maiestate, Domino meo clementissimo, clementer et graciouse impetrare, minime addubitans prenominatum Stinkirch, accepto regio illo beneficio, in omnibus regiis negociis posthac maiori studio et diligentia laboratur esse.

Postremo dedi^{c)} superioribus diebus ad Sacram Regiam Maiestatem, consortem Reginalis Vestrae Maiestatis, Dominum meum clementissimum, literas, petebamque, ut mihi lacus ille, quem vocant Drausen, eodemmodo precio, quo Elbingensis locari solet, locaretur etc. Verum hactenus a Sacra Regia Maiestate nihil responsi accepi, et cum a Reginali Vestra Maiestate hucusque innumera plane acceperim beneficia et intelligam me eandem ac subditos meos reginali gracia et clemencia clementer amare et causas meas promovere, confugere ad eandem maiori cum audatia, tanquam ad sacram anchoram, me debere arbitror, suppliciter supplicans, Reginalis Vestra Maiestas dignetur me ac totum hoc negocium pro sua reginali gracia et clementia ita apud Sacram Regiam Maiestatem, consortem Reginalis Vestrae Maiestatis, promovere, quatenus lacum illum, quem vocant Drausen, a Sacra Regia Maiestate iusto et consueto precio locationis titulo ad aliquod tempus obtinere possim. In quo negocio quemadmodum minime de clementi Reginalis Vestrae Maiestatis favore et opera dubito, ita negocium illud ex sententia effectum iri certo mihi persuadeo. Daturus sum vicissim diligentem operam, ut me erga Reginalem Vestram Maiestatem ita, quemadmodum fidelem et obsequentissimum decet subditum, quavis in re diligentissimis meis obsequiis exhibeam. Enixe petens me, consortem ac filiolam²⁾ meam una cum omnibus meis subditis clementer reginali sua gratia amplecti etc. Quam optime valere valide percupio. Datae e Regio Monte XXX Maii, anno etc. XXXV.

Sub textu: In simili forma mutatis mutandis scriptum est Nicolao Wolsky, Magistro curiae.

In initio epistolae in margine: Reginae Poloniae.

a) sequitur post expunctum

1) Christianus III.

b) bis scriptum.

2) Dorothea et Anna Sophia.

c) in ms.: didi

N. 1133.

E Regio Monte, 30.V.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]
supervacaneum esse ait, ut « tanto verborum apparatu » sibi gratias agat,
se enim ex consanguinitatis et amicitiae vinculo se in omnibus
erga eum gerere; pro officiis oblatis gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 630-631.

N. 1134.

E Regio Monte, 30.V.1535.

Albertus dux in Prussia

Martino Wolski

litterarum exhibitorem, Georgium Steinkirch, cubicularium regium, commendat et rogat, ut operam suam apud regem adhibere velit, quo in aula regia cum tribus vel quattuor equis regio stipendio ali possit.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 640-641.

N. 1135.

E Regio Monte, 1.VI.1535.

Albertus dux in Prussia

Henrico Gotsch, aulico regio,

pro negotiorum ei commissorum bona expeditione et pro novis missis gratias agit; alia nova, si quae habuerit, sibi mitti petit.

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 221v-222.

N. 1136.

E Regio Monte, 2.VI.1535.

Albertus dux in Prussia

Eliae Constantinidi Ostrogski

pro propensa erga se animi voluntate, litteris declarata, gratias agit; Deum se precari nuntiat, ut in futuro bello prosperum rerum omnium successum et victoriā ei largiatur; rogat, ut se de omnibus «quam plenissime et quam saepissime» certiorem reddat.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 644-645.

N. 1137.

E Regio Monte, 2.VI.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]

pro litteris crebro missis et pro diligentia in expediendis negotiis suis adhibita gratias agit; officia offert.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 645-646.

N. 1138.

E Regio Monte, 2.VI.1535.

Albertus dux in Prussia
Petro Opaliński, magistro curiae regis Poloniae iunioris,
pro studio et benevolentia erga se exhibita gratias agit; de infirma
eius valetudine dolet, pristinae sanitatis recuperationem exoptat;
pro diligentia in promovendis negotiis suis promissa gratias agit.
(Latine)
Cfr. El. XXXV, N. 439.
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 646-647.

N. 1139.

E Regio Monte, 2.VI.1535.

Albertus dux in Prussia
Martino Cromero
pro litteris, eruditionis et humanitatis plenis, ac pro propenso inser-
viendi studio gratias agit; episcopo Premisiensi [Ioanni Chojeński]
se commendari petit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 647-648.

N. 1140.

E Regio Monte, 3.VI.1535.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
100 centenaria cupri sibi procurari petit.
(Sub textu: notula secretarii de die 5.VII.1535 de alia petitione ite-
rum ad Decium missa, ut quanto citius cuprum duci Alberto mit-
tendum curet).
(Germanice)
Cfr. El. XLVI, NN. 164, 165.
Ostpr. Fol., vol. 42, f. 222.

N. 1141.

E Regio Monte, 3.VI.1535.

Albertus dux in Prussia
Felici Srzeński, capitaneo Marienburgensi,
nuntiat se commissarios suos ad statutum diem missurum esse, ut cum
commissariis regiis inspiciant locum, quo aqueductus ex lacu
Dzierzgoń Marienburgum versus derivari debeat.
(Latine)
Cfr. El. XXXV, NN. 429, 437.
Ostpr. Fol., vol. 49, f. 648.

N. 1142.

E Regio Monte, 3.VI.1535.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
ob aegritudinem eius dolet et bonae valetudinis restitutionem ei precat-
tur; rogat, ut de litteris ex Livonia allatis cum servitore suo latius
agat et data occasione se de omnibus certiorem reddat; causam
Gregorii et Georgii Meck commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 648-650.

N. 1143.

E Regio Monte, 3.VI.1535.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Bielewicz

*pro Ioanne Feyerabent intercedit, ut fur, qui eum rebus suis spoliavit,
et omnes, qui eidem furi ad hoc facinus perpetrandum auxilium
ac opem tulerunt et partem furti ab eo acceperunt, reperiantur et
secundum iuris consuetudinem puniantur*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 650-652.

N. 1144.

E Regio Monte, 7.VI.1535.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*suadet, ut — Achatio Czema in Livoniam in negotio regis proficiscente
— fidelis aliquis regis servitor etiam in Livoniam mittatur, qui ea,
quae litteris demandari non possunt, oretenus regi referat.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 652-653.

Serenissime Rex.

Cum nobilis ac strenuus Achacius Czemen etc. mandato Sacrae
Vestrae Maiestatis iter Livoniam versus in negocio Regiae Vestrae
Maiestatis ad Magistrum¹⁾, Ordines et Status Livoniae hodierna die
acciperet, videbatur mihi haud inconsultum eidem similiter iniungere,
ut summa diligentia ad multa animum adverteret et scitu necessaria ab
incolis privatum inter loquendum studiose expiscaretur. Quod cum fac-
tum se reciperet, venit mihi in mentem posse fortassis eundem ea
a quibusdam resciscere, quae his periculosissimis tempestatibus satis
tuto literis demandari nequeant et tamen Regiam Vestram Maiestatem
latere minime conveniat. Si itaque Regiae Vestrae Maiestati placeret,
arbitror ex re Regiae Vestrae Maiestatis fore, si fidelis quidam Regiae
Vestrae Maiestatis servitor, cui et Sacra Regia Vestra Maiestas sine
periculo fidem adhibere posset, ad praelibatum Dominum Czemen Li-
voniam versus mitteretur, qui omnia illa, quae literis demandari non
possunt, oretenus Sacrae Regiae Vestrae Maiestati referat, eademque

hoc modo in nullo penitus damnum aliquot paciatur. Haec sunt, quae hoc tempore Regiae Vestrae Maiestati pro subdita erga Maiestatem Vestram obedientia, subdite indicare voluimus, enixe petentes, Regia Vestra Maiestas dignetur has ineptias boni consulere ac me pro regia sua gratia et clementia clementer amare. Quam in Christo Iesu bene valere et foeliciter imperare cupio. Datae e Regio Monte, VII Iunii, anno etc. 35.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

1) *Hermannus a Brüggenei.*

N. 1145.

E Regio Monte, 7.VI.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisiensi [Ioanni Chojeński]
rogat, ut sibi nomina seditionis quorundam revelare velit, ne maius
aliquid malum ex eorum technis ac consilis in posterum oriatur.
(Latine)*

Iam ed.: A.T. XVII, N. 324.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 655-658.

N. 1146.

E Regio Monte, 17.VI.1535.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
regem mandatum suum contra Gulielmum Cassa, homicidii inculpatum,
editum oblivioni tradidisse scribit, si nunc a se postulat, ut eidem
Cassa homicidae salvum conductum concedat, quo se in Prussiae
Ducatum conferre et innocentiam suam demonstrare possit; se ta-
men, ut regis voluntati satisfaciat, eiusmodi salvum conductum da-
turum esse significat.
(Latine)*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 659-660.

N. 1147.

E Regio Monte, 17.VI.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]
pro secretis quibusdam notitiis de civitate sua (non nominata) reve-
latis gratias agit; rogit, ut sibi nomina eorum, « qui vel autores
vel consci iuris pessimi... consilii esse possent », perscribat, « ne
scilicet maius aliquid malum ex malo illo consilio subito oriatur »
et ne, « quemadmodum in omnibus seditionibus fieri solet, et inno-
centes cum nocentibus iustas poenas seditionis darent ».*

(Latine)

Iam. ed.: A.T. XVII, N. 353.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 655-658.

N. 1148.

E Regio Monte, 30.VI.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Andreae Krzycki]
ad litteras eius, datas ex Plock 30.V.1533 et heri acceptas (sic!), pro
Gulielmo Cassa, subdito regio, homicidii inculpato, intercessorias,
respondet se eius rei gratia copiose ad regem scripsisse.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 341.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 658-659.

N. 1149.

E Regio Monte, 6.VII.1535.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Marienburgensi [Felici Srzeński]
excusationem eius, quod infirmitate subitanea impeditus ad conspicien-
dum una cum commissariis suis locum, quo aquaeductus ex lacu
Dziergoń (in ms. Sergaw, Sargaw) Marienburgum versus derivari
debebat, se ad statutum diem non contulit, acceptat, sed miratur,
cur — si ipse impeditus erat — commissarios saltem suos illuc
non miserit; de multis ac variis molestiis, de quibus subditi episco-
pi Pomesaniensis [Pauli Sperati] et cives Riesenborgenses querun-
tur, se regi scripsisse nuntiat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 429, 437.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 660-663.

N. 1150.

E Regio Monte, 8.VII.1535.

*Albertus dux in Prussia
consulibus et Senatui civitatis Grodnensis
pro subdito suo Marquardo Mathes, cive Regiomontano, intercedit, cui
concivis eorum, Leffko Pedyschowitz nomine, certam pecuniae sum-
mam debet eamque non solvit, rogat, ut eundem Pedyschowitz aut,
si ipse solvendo non esset, suos vades eo compellant, quo civis suus
«sine ulteriori dilatione aut dispendio liquida sua debita, quae illi
optimo iure debentur, primo quoque tempore consequatur».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 664-666.

N. 1151.

E Regio Monte, 16.VII.1535.

Albertus dux in Prussia

Georgio Jackowicz Zelepucha (in ms. Schelipua)

*pro Paulo Hartmann, subdito suo, qui ante biennium aliquam partem
nemorum ad conficiendam picem ab Anna Bogdanowicz, relicta
vidua Nicolai Michnowicza, olim M.D.L. marsalci, conduxit, et cuius
ministri et servi, 70 lastos picis ei debentes, ab eo iniuste detinen-
tur, intercedit et petit, ut servos et ministros suos ei restituat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 666-667.

N. 1152.

E Regio Monte, 16.VII.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]

*nova ex Dania sibi missa de victoria regis Daniae [Christiani III] in
insula Fonia (Fyn) prope civitatem Assens (in ms Asschans) reportata
mittit et rogat, ut ea etiam regi indicet; queritur de Felice Srzeński,
capitaneo Marienburgensi, quod, ipse morbo aliquo impeditus,
commissarios saltem suos ad conspiciendum locum, quo aquaeductus
ex lacu Dzierzgon (in ms. Sargaw) Marienburgum versus derivari
debebat, non miserit; rogat, ut regi persuadeat, quae et quanta
damna ac incommoda ex eiusmodi aquaeductus derivatione subditis
episcopi Pomesaniensis [Pauli Sperati] et civibus suis Riesenburgen-
sibus oriri possint.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 442.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 668-672.

N. 1153.

E Regio Monte, 16.VII.1535.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo

*pro misso sibi nuntio de regis valetudine eiusque cum proceribus et
aulicis Vilna Cracoviam futuro itinere gratias agit; se, multis ne-
gotiis occupatum, regi iuniori et reginulae Isabellae nondum rescrip-
sisse nuntiat et se apud eos excusari petit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 222v.

N. 1154.

E Regio Monte, 16.VII.1535.

Albertus dux in Prussia

Martino Cromero

pro diligentia ac studio erga se, litteris humanitatis et eruditionis plenis declarato, gratias agit.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 672.

N. 1155.

E Regio Monte, 16.VII.1535.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Andree de Valentinis, medico reginae Bonae,

de diurno silentio suo se excusat («fatemur plane hac in parte a nobis peccatum esse»); pro dono ei misso non fuisse opus gratiarum actione ait; rogat, ut et in posterum saluti consortis suae consulere perget.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 673-674.

N. 1156.

E Regio Monte, 17.VII.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]

tres epistolas eius se accepisse nuntiat et pro studio ac diligentia in expediendis negotiis suis adhibita gratias agit; cum rex responso episcopi Vilnensis [Ioannis e ducibus Lithuaniae], acquieverit, rogat, ut data opportunitate apud regem «his de rebus verba facere» velit; vasculum a marchione Gulielmo clausum et sigillatum missum, sibi per veredarium regium reseratum et apertum allatum esse significat et timet, ne quid ex eo ablatum sit; cum Elbingenses vigore regii privilegii lacu Družno (in ms. Drausen) nonnisi biennio uti possint, elapso eiusmodi biennio se eundem lacum conducere velle nuntiat.

(*Latine*)

Cfr. El. XXXV, NN. 433, 434, 436.

Iam ed.: A.T. XVII, N. 411.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 674-678.

E Regio Monte, 17.VII.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]
nuntium suum sibi ea retulisse significat, quae ei ad se perferenda
commisit; episcopum sibi et subditis suis in omnibus commodaturum
esse sperat; pro missis novis gratias agit; de victoria regis
Daniae in insula Fonia (Fyn) eum certiores facit.*

Ostpr. Fol. vol. 49, ff. 677-678.

Reverende in Christo Pater.

Retulit nobis nuntius noster ea, quae eidem Reverenda Vestra Paternitas ad nos perferenda committere dignata est. Et cum eadem apertius, clarius et exactius^{z)} mentem suam aperire, quod conscientiae et estimationi suae officere arbitraretur, noluerit, debemus hiis acquiescere, amicabiliter et fraterne petentes, haec omnia haud aliorum atque scripserimus accipi. Siquidem ea omnia debito ex officio, pro commodo et utilitate Sacrae Regiae Maiestatis, amplissime Coronae Regni Poloniae, nostra et nostrorum subditorum, sciscitari nos etiam summo iure debere existimavimus, nihil addubitantes Reverendam Vestram Paternitatem pro fraterno inter nos amore et studio et erga nostros subditos animo benevolo nobis ac nostris subditis in hiis omnibus libenter commodaturam, postulataque nostra aequi bonique consultaram esse. Cui ut vicissim firmissimo amoris vinculo coniuncti sumus, ita nihil plane molestiarum eidem ex hiis atque aliis contingere cupimus. Imo pocius eisdem obviam iri sedulam et diligentem dabimus operam, firmiter sperantes Reverendam Vestram Paternitatem ea omnia, quae pro salute nostra nostrorumque subditorum^{a)} facere posse putaverit, sedulo facturam et praestaturam. Porro agimus Reverendae Vestrae Paternitati amicas et fraternalis pro communicatis novitibus gracias.

Et quamvis non dubitemus Reverendam Vestram Paternitatem ex aliis de victoria et triumpho noviter electi Regis Daniae¹⁾ dudum percipisse, attamen et nos eidem significare volumus, Regem Daniae Lubicensium copias in Funen non longe a civitate Aschens fudisse, in qua pugna 1500 pedestres, 122 equestres milites, nobiles 41 capti et ultra 400 currus hostibus accepti sunt. Praeterea Regis Daniae Suetiae²⁾ conflictum maritimum cum classe Lubicensi habuere superaruntque 12 armatas Lubicensium naves. Dicitur itidem Regem Daniae superasse civitatem Ellenbogen. Si quid praeterea certi nobis ab amicis communicatum fuerit, dabimus operam, ut eadem citius singula intelligat... Datae e Regio Monte XVII Julii. Anno etc. 1535.

Sub textu: In simili forma scriptum est mutatis mutandis Domino Adalberto Gastoldo.

In initio epistolae in margine: Episcopo Wilnensi.

a) sequitur expunctum: pa

1) Christianus III.

z) sic in ms.

N. 1158.

E Regio Monte, 20.VII.1535.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
litteras regias, quibus ad cohonestandas nuptias Ioachimi iunioris mar-
chionis Brandenburgensis cum reginula Hedvige ad 29 diem Augusti
Cracoviam cum consorte sua vocatur, per nobilem Nicolaum Spie-
gel sibi allatas esse nuntiat et advenire promittit; de impedimento,
si quod fuerit, se regem quanto citius certiore facturum esse
asserit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 438.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff.678-679.

N. 1159.

E Regio Monte, 20.VII.1535.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
pro litteris manu propria exaratis, sibi per Nicolaum Spiegel allatis,
gratias agit; ubi Cracoviam venerit, oretenus de singulis se cum
eo verba facturum sperat.
(Sub textu: Pari modo scriptum est Regiae Maiestatis filiae Isabellae mutatis mutandis).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 679.

N. 1160.

E Regio Monte, 20.VII.1535.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo
de nondum misso ad litteras eius responso eo se excusat, quod se
itinieri ad nuptias filiae regis [Hedvigis] praeparabat; rogat, an
sibi aliquot equos bonos suppeditare possit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 2.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 222v-223.

N. 1161.

E Regio Monte, 23.VII.1535.

Albertus dux in Prussia

Ludovico Aliphio, secretario regio,

*se perturbatum esse nuntiat querela eius de praefecto arcis suae La-
biaw, qui ei transitum per ditionem illam prohibuerit, « quod sane
nec consensu, nec scitu, nec etiam iussu aut consilio nostro fac-
tum est », quam ob rem se praefectum suum per litteras iam se-
vere admonuisse significat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 680.

N. 1162.

E Regio Monte, 23.VII.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]

*Nicolaum Spiegel, iam ad discessum ad regem paratum, ob Achatii
Czema ex Livonia redditum adhuc a se retentum esse nuntiat; ma-
gistrum Livoniae ipsum Achatio Czema scribere promisisse; lega-
tionis exitum ex scriptis eiusdem Czema (cuius virtutes, bono ora-
tore dignas, laudat) eum intellecturum esse scribit.*

Regestum in A.T. XVII, N. 425.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 680-682.

Reverende in Christo Pater.

Cum Nobilem Nicolaum Spigel etc. omnino expeditivissemus, isque iam iam ad Sacram Regiam Maiestatem pararet abitum, accepimus li-
teras a Generoso et Nobili Domino Achatio Czemen, Castellano Gedan-
ensi etc., quibus eius adventum intra paucos dies nobis significabat.
Diximus prenominatum Spigel, quoad praefatus Czemen adveniret, sic
nobiscum perseverare debere, existimantes aliqua eundem revelaturum
esse, quae fortassis Regiam Maiestatem citius scire necesse esset. Re-
diit itaque ad nos Dominus Czemen e Livonia heri vesperi bene sanus
et incolumis. Hodie autem retulit nobis summam suae legationis et
responsionis. Ex quo percipere nil aliud possumus, quam ea omnia,
quae dudum certo nobis ab amicis indicata sunt, non omnino de
nihilo esse. Verum cum sit pollicitus Magister Ordinis Teutonicorum
in Livonia¹⁾ scriptum aliquod ad praelibatum Dominum Czemen in
negocio legationis regiae mittere, est illud ipsum expectandum, ex quo
proculdubio apertius mentem eius intelligemus. Et cum Mymmeliam
illud ipsum se missurum receperit, dabimus operam, ut citius Domini
Czemen praesentetur. Summam autem legationis et responsi perci-
piet Reverenda Vesta Paternitas uberior ex scriptis dicti Domini Cze-
men, quem tamen multis de causis coram ore tenus responsum ac omnia
dicta referre mallemus.

Porro studium et diligentiam dicti Domini Czemen quanti facere
debeamus, proferre non possumus. Nam singula adeo bene, eleganter
et prudenter gessit, ut vix intelligamus nun[c] aliquis in eo negocio

maiori providentia, prudentia et memoria dexteriori agere potuisset. Statum enim tocius illius legationis bene peroravit, eleganter et prudenter de multis cum Magistro Ordinis Teutonicorum in Livonia disseruit, omnia bene ac sancte in memoria retinuit, singula, quae eidem investiganda indicavimus, ea prudentia et arte perquisivit, ut multa profecto expiscatus sit, quemadmodum eadem ex literis ipsius intelliget. Quapropter cum eidem hoc nomine clementer commodare cupiamus, petimus amice et fraterne, Reverenda Vestra Paternitas velit prefatum Dominum Czemen quam commendatissimum nostro nomine habere, eumque sua gratia benigne et gratiore amplecti. Nam est dignus, qui ab omnibus tocius amplissime Corone incorporatis proceribus, vel ob hec saltem sua indefatigata studia sedulo ametur observeturque. Nihilominus hanc suam diligentiam Sacrae Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo, indicare, supplici cum precatione, Regia ipsius Maiestas dignetur eundem fidelem suum et indefatigatum servitorem clementer fovere. Quod ut Reverenda Vestra Paternitas haud gravatim nostro nomine subeat, etiam atque etiam petimus. Datae e Regio Monte XXIII Iulii. Anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Episcopo Premisiensi.

1) *Hermannus a Brüggenei.*

N. 1163.

E Regio Monte, 23.VII.1535.

*Albertus dux in Prussia
Iusto Ludovico Decio*

litteras eius de difficultatibus in emendo cupro se accepisse nuntiat et contentum esse eum 1 centenarium cupri per aquam sibi missurum esse; ob desiderium eius ad se in Prussiam veniendi gaudet; ad nuptias reginulae Hedvigis Cracoviam invitatus rogat, ut a Sevino Boner aliquot equos sibi procurari faciat.

Cfr. El. XLVI, NN. 164, 165.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 223-223v.

An herr Jobst Ludwig den 23 Juli 35.

Unsern grus zuvor.

Edler und erentvhester, besonder, lieber.

Wir haben ewer schrieben^{a)}, des datum den 3 tag Julii aussgangen, gestrigs tags empfangen und erstlich darauss, was die hundert zentner kupfer betrifft und das zu Crakhaw khein ander dann geschmidt blechkupfer und nur umb funf gulden und ein ordt zu dreyssig groschen zu bekommnen, das auch das ander der herrn Fucker factor nicht verkaufen darf, mit vernern inhalt verstanden. Hirauf sein wir^{b)} woll zufrieden, das ihr uns derselben kupfers einhundert zentner, yhe ehr yhe besser, zu wasser (weil es zu lande nicht rath) zuschicket.

Zum andern: das ir euch gern, wo es ewher gescheften ymmer leiderlich zu uns verfuegen wolt, zweifeln wir an ewerm gutten willen gar nichts und wer uns, das solchs gescheen, damit wir uns allerley mit euch zu bereden, ein sondere freude und wollen verhoffen, Gott

werde einmal die zeit solchs zu gescheen und yr zu uns khomen moet^c, vorleyhen.

Und nachdem uns ko.mt. zu Polan etc., unser gnedigster herr und freuntlicher, lieber ohem, zu seyner koniglichen tochter freuden, Hedwig, eelichen beylager gefordert und gebeten, so ist unser genedigs synnen, ihr wollet bey dem herrn Boner etc. sovil verfurdern helffen, das uns sovil durch ine gedienet und uff unsrer, ob Gott will, gluckselige ankunft etlich ren— und stechgeule (wie dan wol leut dasselbess, die sich mit denselben versuchen sein werden) geliehen etc., ime auch unsren genedigen willen ansagen und das wir im selbst nicht geschrieben, daran uns merckliche eylende geschefte abgehalten und verhindert, auch das der both hasstig^d) hatt wegkzien wollen, gegen seyner person entschuldigen, euch, dem wir mit allen gnaden gewogen gotlicher almechtigkeit gluckseliglich bevelhende. Datum Konigspergk den 23 tag Julii anno etc. 35.

a) sequitur expunctum: schreyben
b) sequitur expunctum: all

c) correctum ex: mogettn
d) in ms. haftig

N. 1164.

E Regio Monte, 29.VII.1535.

*Albertus dux in Prussia
regi Angliae [Henrico VIII]
litteras suas, die 3.II.1534 datas, quibus causam Thomae Marteyn sibi
iterum commendavit, se accepisse nuntiat et in memoriam ei re-
vocat super causam eiusdem Marteyn iam sententiam esse latam,
quam etiam transmittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 683-684.

N. 1165.

E Regio Monte, 29.VII.1535.

*Albertus dux in Prussia
Philippo de Croy, duci de Arschot (in ms. Narsgoth),
pro benevolentia et studio oratori suo, Christophoro Kreitzen, cum
apud reginam Mariam ageret, exhibita et pro diligentia in promo-
wendis negotiis suis adhibita gratias agit; rogat, ut causae suaue
apud reginam patrocinari perget, ut per eam «propicium et cle-
mentissimum Caesarem habere atque in omnibus nostris negociis
experiri possimus».*

Ostpr. Fol., vol., 49, ff. 684-685.

Illustris Princeps.

Accepimus a Nobili Christophoro Kreytzen, Cubiculario nostro, Il-
lustritatem Vestram eidem, cum apud Serenissimam et Illustrissimam

Dominam Dominam Mariam¹⁾ etc. in nostro negocio superiori anno age-ret, nostro nomine clementer omni gratia, favore et benevolentia se-dulo adfuisse, negociumque nostrum ibidem studiose apud Reginalem Maiestatem promovisse. Quod cum nostri caussa factum intelligamus, agimus Illustrati Vestrae magnas, relaturi olim nacta oportunitate pro nostro erga eandem animo grato ubiores, gratias.

Porro Illustratatem^{a)} Vestram in recenti adhuc habere memoria non dubitamus, quid Serenissima et Illustrissima Domina Domina Ma-ria etc. servitori nostro in nostris negotiis responsi dederit, quare su-pervacaneum repetere arbitramur. Ut autem Reginali ipsius Maiestati aliquo modo negocium nostrum in memoria revocaretur, scripsimus ad eam, quemadmodum Illustritas Vestra ex scriptis nostris amice per-cipere poterit. Nihil addubitantes Reginalem ipsius Maiestatem pro Re-gia erga nos clementia nostri clementer memorem futuram. Quod ut maiori clementia ac citius fiat, petimus, Illustritas Vestra dignetur nostrarae caussae benigne adstipulari, eiusque ac nostri sedulo apud Reginalem ipsius Maiestatem amicam et benignam facere mentionem, tantumque efficere, ut propicium et clementissimum Caesarem²⁾ habere atque in omnibus nostris negotiis experiri possimus. Daturi sumus se-dulo diligentem operam, ut studium, diligentia et assiduitas nostra erga Sacram Caesaream Maiestatem eiusdemque subditos^{b)} non minor, atque olim in discordia exorta inter Hollandos, Caesareae Maiestatis subdi-tos, et Lubicense, inveniatur perspiciaturque. Sed pocius totis nostris viribus in hoc uno toti erimus, ut quicquid pro commodo et honore cum Sacrae Caesareae Maiestatis, tum omnium suorum subditorum fa-cere posse putaverimus, id sedulo et diligenter provehamus. Quod ut Illustritas Vestra amice urgere atque promovere dignetur, etiam atque etiam petimus. Nos dabimus operam, ut eidem vicissim quavis in re studiose sedulo inserviamus. Datae e Regio Monte, anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Duci de Narsgoth.

a) *verbum correctum.*

b) *correctum ex: subditis*

1) *regina Hungariae, soror Caroli V.*

2) *Carolus V.*

N. 1166.

E Regio Monte, 4.VIII.1535.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

transmittit litteras Ioachimi iunioris marchionis Brandenburgensis, mor-tem patris, Ioachimi senioris electoris Brandenburgensis, sibi nun-tiantes.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 685.

N. 1167.

Neidenburgi, 10.VIII.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Camenecensi [Petro Gamrat]
litteras eius, quibus pro nobili Marco Kołak, subdito regio, cui arcem
Szczyno (in ms. Schithno) praetereunti res sua per praefectum
dictae arcis ademptae sunt, intercedit, se accepisse nuntiat et praefecto
suo, qui per transactionum utrinque initarum ignorantiam
hoc fecit, severe iniunxisse, ut res dictio Marco Kołak iniuste ademp-
tas sine mora restituat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 441.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 686.

N. 1168.

Neidenburgi, 10.VIII.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Andreae Krzycki]
litteras eius, quibus pro iudice Ciechanoviensi intercedebat, ut ei co-
lonos suos profugos restitui curaret, se accepisse nuntiat diemque
11 Novembris huius anni utrius parti statuisse, quo haec contro-
versia componeretur et unicuique iustitia administraretur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 443.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 686-687.

N. 1169.

Czschuien (?), 15.VIII.1535.

*Albertus dux in Prussia
Iacobo Wernitzky
pro promissione eius equum suum una cum puero tamdiu apud se reti-
nendi eiusque curam habendi, donec a rege domum revertatur, gra-
tias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 688.

N. 1170.

Przedbórz, 21.VIII.1535.

*Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
de aegritudine eius dolet; pro cupro sibi procurato et litteris suis cas-
tellano Cracoviensi [Andreae Tęczyński] traditis gratias agit; ro-
gat, ut reginulae Hedvigi et episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki]
ob aegritudinem eorum dolorem suum proferat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 224-224v.

N. 1171.

Neidenburgi, s.d. VIII.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Camenecensi [Petro Gamrat]
litteras eius, 2.XI.1533 anni scriptas, quibus pro nobili Alexio de Va-
sili in causa Catharinae, coniugis suae, eiusque sororum Barbarae
et Hedvigis [Brzózka] hodie (sic!) se accepisse nuntiat et signifi-
cat super hanc causam iam sententiam prolatam esse et nihil im-
mutari posse.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 356.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 687-688.

N. 1172.

Skierniewice, [s.d. ante 22.VIII.1535.]

*Albertus dux in Prussia
archiepiscopo Gnesnensi [Matthiae Drzewicki]^{*)}
quod citius adventum suum in Skierniewice ei non significaverit, eo
se excusat, quod provintiae huius ignarus nescivit civitatem hanc
archiepiscopi esse.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 688-689.

**) Obiit 22.VIII.1535.*

N. 1173.

Swluff (Sulejów?), 13.IX.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Ioanni Chojęński]
in negotio finium inter Ducatus Masoviae et Prussiae regundorum nul-
lo a rege accepto responso, negotium hoc promovendum ei com-
mendat; edoceri cupid de statu causae [Iacobi] Knothe, sacerdotis.*

Cfr. El. XXXV, N. 448.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 689-690.

Reverende in Christo Pater etc.

Subditi nostri constanter a nobis efflagitaverunt, ut a Sacra Regia Maiestate¹⁾, Domino nostro clementissimo, enixe peteremus, quatenus fines et termini granicierum inter Ducatum Mazoviae et Borussiae ita, quemadmodum superioribus annis a Reverendo in Christo Patre, amico nobis percharo, Episcopo Camenecensi¹⁾ etc., inspici ceptae sunt, inspi-
cerentur, diiudicarentur etc. Annuentes itaque iustis et honestis eorum petpcionibus considerantesque utilitatem Sacrae Regiae Maiestatis et nostram, adiunximus nuper Cracoviae Apologie lacus Drausen²⁾ et Ser-
gaw³⁾ ea de re petcionem²⁾. Verum ad eam nullum a Sacra Regia Maiestate accepimus responsum. Neque vero videbatur commodum in discessu nostro Sacram Regiam Maiestatem, aliis negociis Regni gra-

vissimis et adversa valetudine gravatam, hiis atque aliis pluribus de rebus interpellare. Cum autem non parum nostra intersit in hoc negocio perspectam habere mentem regiam negociumque terminari, quo scilicet innumerae controversiae, cedes et homicidia inter utriusque Ducatus subditos precaveri possent, petimus amice et fraterne, Reverenda Vestra Paternitas dignetur amicas et fraternalis suas operas ita interponere, quatenus fines et termini primo quoque tempore, videlicet tempore veris vel autumni, perspici et dijudicari mandarentur, nobisque animum regium manifestare, quo commodius nostros commissarios ad hoc negocium ordinare et delegare possimus. Oblata est preterea Reverendae Vestrae Paternitati supplicatio quaedam cuiusdam sacerdotis N. Knoth⁴⁾, subditi nostri. Hic petit salvum conductum a Sacra Regia Maiestate Gedanum ingrediendi, saltem ad tempus, donec scilicet haereditatem, morte sui cognati ad eum^{b)} devolutam, accipere posset. Ad quam cum pariformiter responsum nullum acceperimus, petimus nobis illud ipsum perscribi. Daturi sumus diligentem operam, ut eidem per occasionem vicissim amice et fraterne commodemus. Datae Swluff ut supra.

In initio epistolae in margine: Episcopo Premisiensi 13 Septembris.

- a) *in ms.:* Maiestati
b) *ad eum supra lineam.*
1) Petrus Gamrat. 2) Drużno.
3) Dzierzgoń.
4) Iacobus Knothe, sacerdos Gedano pulsus.

N. 1174.

Miechów (*in ms. Myechaw*), 15.IX.1535.

Albertus dux in Prussia
episcopo Premisiensi [Ioanni Chojeński]
pro Rudolfo Gersdorff, aulico regio, intercedit, ut ei ad unum saltem
annum salarium a rege impetraret, quo in Germaniam proficiisci et
pro tali stipendio medicorum opera uti ac valetudini suae infirmae
consulere queat; commendat praeterea negotium Ioannis a Raten-
berg, aulici regii, apud regem ita promovendum, ut ei rex extantia
adhuc debita sua persolvi curet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 690-692.

N. 1175.

Sulejów (*in ms. Suleo*), 17.IX.1535.

Albertus dux in Prussia
« Domino Kopeytoffsky » (Kopytowski), capitaneo Wyszogrodensi,
se ex Cracovia una cum uxore et aulicis suis feliciter in Sulejów per-
venisse significat et rogat, ut curare velit, quo ad diem 21.IX. « na-
ves pro necessitate praeparatae inveniantur, quibus eadem die nos-
tri currus et aliquot equi atque altera postea die reliqua tota pars
matutino tempore transvehi queat ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 692.

N. 1176.

Sulejów, 18.IX.1535.

*Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
quietationem de accepto cupro mittit; nova sibi mitti petit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 42 f. 224v.*

N. 1177.

Wygów (in ms. Vygaf), 19.IX.1535.

*Albertus dux in Prussia
Hieronymo Łaski, palatino Siradiensi,
adolescentem una cum equo sibi commendatum, ei (Hieronymo Łaski) sanguine iunctum, se libenter in aulam suam recipere nuntiat et suadet, ut unum adhuc equum ei transmittat, cum ille, quo nunc uititur, ex tam longo itinere satis fessus et defatigatus sit; se curaturum addit, ut dictus adolescens — iuxta desiderium eius — opportuno tempore ad regem Suetiae ablegetur.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 693-694.*

N. 1178.

Ujazd, 19.IX.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki]
valetudinis restitutionem ei precatur; nova ex Dania allata transmittit;
negotium Ioannis a Werden commendat.
Cfr. El. XXXV, N. 445.
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 694-695.*

Reverendissime in Christo Pater etc.
Amicabiliter et fraterne petentes, Reverendissima Vestra Paternitas velit sibi ea omnia, quae coram presentes in primo nostro congressu contulimus, firmiter de nobis polliceri, nosque supplicibus ad Deum Optimum Maximum precibus nunquam cessatueros, quo is tandem pro sua immensa misericordia clementer Reverendissimam Vestrarum Paternitatem pro commoditate et utilitate nedum amplissimae Coronae Regni Poloniae, sed et nostra benigne a morbo liberare dignetur. Et quum hoc ipso momento accepimus a generoso Domino Ioanne a Werden etc. certissima nova ex Regno Daniae, voluimus eadem Reverendissimae Vestrarum Paternitati transmittere. Ex quibus tam foelicem Regis Daniae¹⁾ successum, quam et studiosam praefati Ioannis a Werden diligentiam Reverendissima Vestrarum Paternitas intelliget. Sum-

me enim cupit prelibatus a Werden commoda Regni Poloniae promoveri estque ad foelicissimos Regni successus^{a)} pro sua tenuitate sedulus promotor. Quare est, ni fallimur, dignus, qui ab omnibus proceribus Regni Poloniae ametur promoveaturque^{b)}. Et cum Reverendissimam Vestram Paternitatem omnibus bonis benigne adesse probe intelligamus, petimus amice et fraterne, Reverendissima Vestra Paternitas velit praefato Ioanni a Werden benigne in suo negocio adesse. Ut autem Reverendissima Vestra Paternitas summam suae caussae intelligat, nolumus eandem latere Illustrissimum Principem Electorem Ioachimum et nos pro prefato Ioanne a Werden apud Sacram Regiam Maiestatem intercessisse, quatenus bona illi hypothecata, ex quibus profecto parvos aut omnino nullos accipit proventus (cum singulis diebus in expensas arcis easdem erogare cogatur), hereditario iure, aut si non haereditario iure, saltem iure feudi tam ad filias ex hac sua uxore, quam ad filios obtainere posset. Et si ex hac sua uxore nullam post se relinquenter prolem, tertia pars precii, quo bona illa eidem hypothecata sunt, ad Sacram Regiam Maiestatem veniret, reliqua vero pars rediret^{c)} legittimis haeredibus. Et cum vero hactenus a Sacra Regia Maiestate in hoc negocio nullum clemens responsum acceperimus, petimus amice et fraterne, Reverendissima Vestra Paternitas dignetur habita ratione persone suique in negociis Regni studii, tam pro se quam per suos amicos, benignas, amicas et benevolas suas operas impartire, quatenus bona illa eidem hypothecata aliquo iure vel haereditario vel feudalii a Sacra Regia Maiestate habere possit... Datae Vyast 19 Septembris 35.

In initio epistolae in margine: Episcopo Cracoviensi 19 Septembris.

a) *in ms. succussus*

b) *in ms. promoveturque*

c) *in ms. redereret*

1) *Christianus III.*

N. 1179.

Skierniewice, 20.IX.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki] et episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]
nova, quae hic, in Skierniewice, sibi allata sunt, mittit; a fide dignis
hominibus sibi scriptum esse nuntiat de numerosissimo exercitu,
in quo et Cruciferorum confoederati esse debent, contra Holsatiam
collecto; de magistro Ordinis Theutonicorum summo conatu, nullo
tamen successu, equites conducere volente, ut Regno Poloniae et
regi Daniae noviter electo [Christiano III] aliquid malum inferat;
de amicibili compositione inter regem Daniae et Lubecenses spe-
randa; de Moscovitis liberum et tutum in Moscoviam ingressum
militibus regis Poloniae concedere conantibus, ut eos postea ex
Moscovia redeuntes summis viribus invadant; de regis Daniae et
Suetiae [Gustavi I] conventu.*

(Latine)

Iam ed.: A.T. XVII, N. 483.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 762-765.

N. 1180.

Wyszogród (in ms. Wyssagrad), 22.IX.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]

Volfgangum de Zakrzewo, tenutarium notariatus Wyszogrodensis, commendat et rogat, ut in causis, quas ei indicaturus est, opera et consilio ei praesto sit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 696.

N. 1181.

Neidenburgi, 28.IX.1535.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Lohmüller

litteras eius se accepisse nuntiat et adversae eius fortunae condolet eumque consolatur; eum Riga evadere et ad se in Ducatum Prusiae venire debere censem et scribit, quomodo id fieri possit.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 696-697.

Salutem et clementiam nostram.

Literas Vestras, X Septembbris in Ronnenbergk scriptas, accepimus 27 eiusdem in arce nostra Neydenburgk, quibus statum rerum suarum Latino idiomatic nobis significat Non possumus autem non adversam vestram fortunam summe condolere, animadvertisentes nimurum loco premii a Domino Magistro indignationes largiri, adeoque easdem radices egisse, ut nullis precibus et modis averti queant. Consoletur itaque vos Consolator^a) ille Omnipotens, qui iustas olim dabit remunerations^b) sumetque ab aliis iam dudum demeritas penas. Quam vicissitudinem vos infracto plane animo desiderare convenit. Quod autem ad statum caussae attinet et quid nobis in hoc negocio faciendum, quove modo vobis consuli posse arbitremur, scripsimus Domino Magistro Cu- riae fratris nostri, qui singula pro sua dexteritate vobis aperiet.

Porro quia Dominus Ulenbruch nunc demum ad nos rediit, videtur nobis consultum eundem et alios vestros amicos, cives Rigenses, in negocio vestro in auxilium adducendos, quo possitis a Senatu illius civitatis ad quartam partem unius anni aut etiam ulterius salvum conductum impetrare. Daretur enim sub illo tempore aliquando occasio, locus et oportunitas evadendi eorum sanguinolentas manus atque ad nos veniendi, ubi commodius coram plura et uberius et maiori cum dexteritate conferre et consultare possemus. Quod si fieri non possit, erit cum fratre nostro aliquandiu perseverandum^c), quoad tuto aliquando vos itineri^d) committere possitis. Nam istic minime vobis permanendum esse censemus. Verum quia manu propria non rescribimus, in caussa est pluralitas negotiorum, quibus hoc tempore plane obruti summus^e), quare cupimus haud aliorum atque factum sit accipi. Illusterrima consors nostra^f) clementes habet vobis gratias pro illa ves-

tra^c) salutatione, precaturque vicissim vobis meliorem fortunam, a Deo Optimo Maximo petendo, vos sanum, salvum et incolumem in Borussia conspiciat.... Datae 28 Septembris. Anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Magistro Ioanni Lomoller. 28 Septembris. In Neidenburgk.

- a) *in ms.* consolatur
b) *in ms.:* renumerationes
c) *in ms.* perseverandum

- d) *in ms.* nos itinere
e) *in ms.* nostra
l) *Dorothea.*

N. 1182.

E Regio Monte, 20.X.1535.

*Albertus dux in Prussia
regi Aragoniae (sic in ms.)
litteras eius se accepisse nuntiat et gaudet, quod se fratrem appellavit; in signum amicitiae decem falcones iterum dono mittit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 701-703.*

N. 1183.

E Regio Monte, 21.X.1535.

*Albertus dux in Prussia
duci Suffolchiae [Carolo Brandon]
octo falcones dono mittit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 703-704.*

N. 1184.

E Regio Monte, 22.X.1535.

*Albertus dux in Prussia
regi Galliae [Francisco I]
pro litteris et pro falconibus ei missis supervacaneum fuisse tanta gratiarum actione uti nuntiat; in amicitiae testimonium iterum duodecim falcones dono mittit, «tam bonos, quam in hac nostra terra hoc anno occupari potuerunt».
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 698-699.*

N. 1185.

E Regio Monte, 22.X.1535.

Albertus dux in Prussia

Henrico VIII regi Angliae

explicat, cur opera sua pro ineunda concordia inter regem Daniae et Lubecenses interposita parum momenti et auctoritatis apud Lubecenses habuerit.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 699-701.

Serenissime Rex, Potentissime Monarcha etc.

Faltones mittit (omittitur).

Quod Regia Vestra Dignitas in suis literis ad nos scribit eandem parum aequo animo audivisse perturbationem aut controversiam ullam inter Illustrissimum Principem Danorum Regem¹⁾ et Lubicenses esse obortam, aut ullo praetextu adhuc continuari, maximeque velle has controversias et tumultus in quietem nostrumque commodum sedari atque componi, adiecta insuper hortacione, ut in dissidiis istis, priusquam se lacius effundant, componendis, cogitatus actionesque nostras intendamus etc., Regiam Dignitatem Vestram ignorare nolumus nos in hac caussa, priusquam Regiae Dignitatis Vestrae literae ad nos perlatae sunt, pro ineunda concordia egisse, verum nostram personam parum momenti atque authoritatis apud Lubicenses habuisse, vel ob id, quod propter auxilium Serenissimo Danorum Regi, affini nostro charissimo, allatum, suspectos nos habuere, vel quod arbitrati sunt nos parum ea, quae essent in rem ac utilitatem ipsorum, acturos. Nos tamen nequaquam honeste, christiane et pie^{a)} Lubicenses agere arbitramur, qui hanc Reges et creandi et deponendi potestatem sibi temere presumant ausintque contra Regem ab omnibus tocius Regni Ordinibus creatum atque electum tantum bellum moliri. Quantum in nobis erit, dabimus operam quam maximam, ne quid, quod ad dirimendas et componendas hasce^{b)} controversias pertineat, a nobis desiderari queat.

Regiam quoque Vestram Dignitatem suppliciter rogamus, ut ea et charissimum adfinem nostrum et nos nostrosque omnes commendatos sibi habere non dedignetur. Id ipsum Serenissimum Danorum Rex adfinitus noster charissimus per se et nos, pro nostra persona erga Regiam Vestram Dignitatem summo semper studio promereri studebimus. Quam in Christo Iesu optime valere ac foeliciter imperare valde cuperimus. Datae e Regio Monte. Anno a nato Christo Servatore 35.

In initio epistolae in margine: Regi Angliae 22 Octobris.

a) in ms. piae.

b) in ms. hosce

1) Christianus III.

N. 1186.

E Regio Monte, 23.X.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]

episcopatus Plocensis honorem ei gratulatur; se ex Skierniewice de negotiis Moscoviticis episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki] scripsisse nuntiat et timet, ne Moscovitae sub principium hiemis numerosissimo exercitu in Lithuania incursionem faciant, sed sperat re-

gem « omnia in Lithuania ita ordinasse, ut nihil penitus mali sit metuendum » et « Wilnae omnia ad defensionem parata et ordinata sint »; oratores Moscovitarum in Livonia fuisse et pacem ad 18 annos renovasse nuntiat; milites, qui contra Holsatiam collecti erant, iam dimissos esse significat; regem Daniae [Christianum III] civitates Wartburg [Varberg], Landskronam et fortassis etiam Ellenbogen [Malmö] expugnasse; ad futurum conventum de tractandis conditionibus pacis Hamburgae indictum se legatum suum, Georgium Klingenbeck, capitaneum Cleipodiensem, misisse.

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 453.

Iam ed.: A.T. XVII, N. 534.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 756-760.

N. 1187.

E Regio Monte, 23.X.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki])*

iam diu nullis ab eo litteris acceptis, de sanitate eius certior fieri cupit.

(Schedula: de rusticis pagi Coadiutent nullos annuos redditus praestantibus; de pagis et villis a regina in confiniis aedificatis).

Cfr. El. XXXV, N. 446.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 760-762.

Cum ex animo cupiamus Reverendissimam Vestram Paternitatem pristinae et optimae valetudini restitutam esse, ob quam ad Deum devotas nostras preces sedulo facimus, iam diu autem de eadem nihil penitus certi acceperimus, voluimus sanitatem Reverendissimae Vestrae Paternitatis hiis nostris scriptis invisere, a Deo Optimo Maximo petentes, is Reverendissimam Vestram Paternitatem huic amplissimae Coronae Regni Poloniae omnibusque eidem incorporatis dominiis diu sanam et salvam conservare dignetur, de qua nos certiores redi cupimus etc., ut supra, in literas²⁾ Episcopo Premisliensi¹⁾.

Literas Reverendissimae Vestrae Paternitati scriptas Cracovia 26 Septembbris²⁾.

Chedula²⁾

Reverendissime ^{a)} in Christo Pater.

Capitanei et officiales nostri indicaverunt nobis rusticos pagus Coadiutent adhuc nullos annuos^{b)} redditus aut etiam aliquid aliud, quod iure prestari^{c)} ab eis consuetum est, praestitisse. Cum autem Regia Maiestas in hoc negocio clementer, cum essemus Wilnae, mentem aperuerit suam, quod Sacra Regia Maiestas et nos alternatim redditus et fructus a rusticis accipere deberemus, quoad causa limitum terminatur, petimus amice, Reverendissima Vestra Paternitas velit in hoc negocio amicas suas operas ita interponere, ut rusticis debita solvere mandetur, pollicemur enim nos sequestrum firmiter servatuos et iusta petita volentes soluturos. Ad hec retulerunt illi idem Capitanei

Reginalem Maiestatem²⁾ Dominam meam clementissimam, de novo pagus²⁾ et villas in ipsis oris, limitibus et terminis edificari^{d)} demandasse, qui rustici excidissent in nostris sylvis et nemoribus ligna et mellificia etc.

De quibus praeter incommoda an quid aliud Regia Maiestas habere possit, non intelligimus, tum quia illi, qui habitant in ipsis oris, undique ex mellificiis furentur mel, in nostram regionem deferant et vendant, id quod vicissim a nostris fieri solet, tum quod alia flagitia, facinora et damna in silvis, nemoribus et alias perpetrare et facere soleant. Quare fuit a predecessoribus nostris hactenus observatum, ut pagus in ipsis oris ex utraque parte non simul congererentur^{e),} imo si quae ville ita erant edificate, illico devastabantur. Cumque hanc veterem bonam consuetudinem, ut malum scilicet evitetur, sine causa ardua infringere inconveniens sit, petimus et in hac parte operas nostras adhiberi, ut ville in ipsis oris ad nostras edificari non permitterentur, damna nobis et nostri restituerentur. Nihilominus quoque sollicitari apud Regiam Maiestatem, ut termini, fines et limites hoc anno inspici demandarentur. Datum ut supra in litteris.

Commissio Principis propria.

In initio epistolae in margine: Episcopo Cracoviensi.

a) in ms.: Reverendissimo

z) sic in ms.

b) verbum annuos repetitur in margine.

1) Ioannes Chojeński

c) correctum ex prestare

2) Bona.

d) correctum ex edificare

*) Obiit 29.X.1535.

e) in ms. cum gerentur

N. 1188.

E Regio Monte, 28.X.1535.

Albertus dux in Prussia

*Gulielmo Pageto, regis Angliae consiliario et oratori,
de negotiis suis a nuntio suo apud eum negligenter actis indignatur;
de longo silentio se excusat; regem Angliae [Henricum VIII] frustra
laetatum esse ob « honorificam pacem » inter marchionem Gulielmum,
fratrem suum, et eius adversarios initam; miratur eum et regem Angliae
eam de se concepisse suspicionem, quasi quidquam sinistri adversus eos
moliri voluisse; miratur etiam Lubecenses in eius litteris regis An-
gliae amicos appellari.*

Ostpr. Fol. vol. 49, ff. 705-709.

Salutem et clementiam nostram.

Generose, dilecte.

Perlatae sunt ad nos Generositatis Vestrae literae, ex quibus intelleximus Generositatem Vestram binas a nobis literas accepisse, ex qua re magnam cepimus voluptatem. Perturbato autem animo audivimus nuncium nostrum, qui priores literas Generositati Vestrae obtulit, adeo negligenter nostra negocia apud vos istic egisse. Verum cum improbus iste nebulo semper malicium²⁾ arcium studiosus fuerit ac neutiquam liberalis et fidelis servitoris officio sit functus, non mirum nobis vi-

detur ipsum vel hac in parte etiam negligentem fuisse, cuius maliciam nostro cum magno dispendio probe nunc exploratam habemus. Respondissemus iam dudum Generositati Vestrae ad suas literas, si nobis non oportuna ad eam scribendi occasio defuisset. Nam cum magna sit hodie tabellariorum perfidia ac improbitas ac longo iam tempore magna quadam navium ad vos currencium inopia laboraverimus, non habuimus aliquem, cui satis tuto iteras nostras credere potuissemus^{a)}, praesertim in hoc bellico tumultu^{b)}.

Itaque ex his caussis cupimus, Generositas Vestra nos ob tam diuturnum silentium excusatos habeat. Dabimus operam, ut quod in genere officii neglectum est, maiori deinceps studio resarciantur. Sribit in suis literis Generositas Vestra Serenissimum Angliae Regem, Dominum nostrum gracieum, plurimum laetatum^{c)}, posteaquam eadem^{d)} per rumores cognoverit, inter Illustrissimum Principem Dominum Guilielum Marchionem Brandenburgensem, Coadiutorem etc., fratrem nostrum charissimum, et Illustritatis Suae adversarios honorificam pacem initam atque contractam esse etc. Verum nos valde timemus, ne frustra tantam eam ob rem laeticiam Regia Sua Dignitas conceperit atque hoc falso gaudio sit frustrata. Nam eciam si nunciatum sit aliquas inducias inter utramque partem factas atque constitutas esse, tamen pro certo compertum habemus, easdem ab adversariis Illustritatis Suae in hodiernum usque diem neutiquam servari. Nihilominus tamen nos interim firmiter speramus et hanc nostram in Regiam Sua Dignitatem fiduciam ponimus, eandem et Illustrissimum Principem Marchionem Guilielum, fratrem nostrum charissimum, et nos auxilio ac consilio erga Regiam Sua Dignitatem declarare voluimus, quam cupimus illi omni tempore esse paratissimam.

Sribit porro et indicat Generositas Vestra eandem, quando non minus deplorare Regiam Dignitatem intellexisse, quam quos amiciciae vinculo connexos atque copulatos sibi habuerit, eosdem cruento bello inter se dimicare cognovisse, et cum Regia Sua Dignitas pacem suis omnibus ex aequo cupiat, nos Regiae Dignitati Suae foedere coniunctos ad arma provocare non desiisse, serio indoluisse. Quam ob rem Generositatem Vestram nostra desideria Regiae Dignitati Suae commendare non fuisse ausam, quippe cogitans, potuisse Regiam Dignitatem Sua suspicari eandem pecuniam, quam nos a Regia Dignitate Sua mutuo acciperemus, inscia Regia Sua Dignitate etiam adversus amicos suos non collocare posse, atque Regiae Dignitatis Suae tela in ipsius caput retorquere etc. Nos ergo, ut ad Generositatis Vestrae literas paulo copiosius respondeamus, primum gratulamur plurimum et ex animo gaudemus, quod Regia Sua Dignitas parum aequo animo^{d)} audierit hasce controversias inter Regiae Dignitatis Suae amicos et sanguine coniunctos obortas esse. Exinde enim satis nobis aestimare licet, propensam et benevolam Regiae Dignitatis Suae erga nos, utpote sanguine sibi coniuctos, voluntatem, quam non aliter nobis de ea persuaderemus. Quod autem Generositas Vestra^{e)} negocium hoc nostrum apud Regiam Dignitatem promovere atque expedire noluerit, suspicans fortassis nos eam pecuniam contra ipsius Dignitatem Regiam et amicos suos collocaturos, non possumus satis mirari Regiam Sua Digni-

tatem et Vestram Generositatem in eam de nobis suspicionem adductos, quasi quicquam sinistri adversus Regiam Suam Dignitatem suscipere aut moliri in animo habeamus. Istud Deus prohibeat, ut adversus illum, qui non modo perpetua quadam necessitudine et amicicia, verum etiam sanguinis vinculo nobis coniunctus sit, aliquid temere agamus aut moliamur. Itaque non est, ut credat Generositas Vestra nos Regiae Dignitatis tela in ipsius [caput] retorsuros, enixe praecantes, ut et hanc falsam de nobis conceptam suspicionem deponat, quemadmodum propter has recitatas causas Generositatem Vestram facturam non diffidimus^{f)} et nobis fidele suum consilium impartiri non dedignetur, an scilicet propter illas caussas amplius apud Regiam Suam Dignitatem instare debeamus. Facit praeterea Generositas Vestra mentionem quo-rundam amicorum, quos Regiae Dignitatis Suae amicos Generositas Vestra appellat etc.

An Lubicenses nunc in vestris literis Regiae Dignitatis amici appellantur, parum id quidem scimus. Nos vero, quamvis ex eorum scriptis, quae penes nos habuimus, quaedam cognoverimus, in quibus cives Lubicenses ubique iactant Regiae Dignitatis Suae occultata subsidia atque id, quod adversus Serenissimum Danorum Regem¹⁾, adfinem nostrum charissimum, agant, illius consensu et opera se moliri, tamen non facile credere, nec ullis persuasionibus induci possumus tam christianum Regem istis sediciosis hominibus in improbo ipsorum proposito auxilium aliquod ferre, qui^{g)} nec ullam iustum bellandi caussam habeant, nec id agant, ipsos verbum divinum doceat iubeatque. Nam cum eam potestatem Reges et potentatus creandi et deponendi pro ipsorum arbitrio ac voluntate sibi temere praesumant, nec considerent quam inique faciant, quod contra Regem, ab omnibus tocius Regni Ordinibus creatum atque electum, tantum bellum moliri ausint, quid aliud nobis inde sperandum vel expectandum esset, quam quod eam libidinem etiam in aliis postea, hodie in illo, cras in altero exercere vellent, quemadmodum id ipsum ex multorum relationibus cognovimus. Itaque non credimus nec etiam speramus Regiam Suam Dignitatem committere, ut contra Serenissimum Danorum Regem, sanguine sibi coniunctum, aliquid istiusmodi et in dicta caussa designet. Imo pocius firmissimam spem [habemus] Regiam Suam Dignitatem et adfini nostro charissimo et nobis auxilio, opera, consilio ac re denique ipsa praesto futuram. His nunc clementer petimus, Generositas Vestra commendet nos Regiae Dignitati diligenter atque ea, quae petivimus, procuret seduloh^{h)}, digneturque nos vicissim brevi aliquo responso. Generositatem Vestram bene valere valde cupimus. Datae e Regio Monte 28 Octobris, anno etc. **XXXV.**

In initio epistolae in margine: Guilielmo Pageto, Regis Angliae orathori.
XXII^{z)} Octobris.

a)-b) *additum in margine.*

c) *in ms. laetatam*

d) *sequuntur verba expuncta:* gaudemus,
quod Regia

e) *in ms.:* Vestræ

f) *in ms.:* diffimus

g) *sequitur expunctum:* anon

h) *in ms. saedulo*

z) *sic in ms.*

1) *Christianus III.*

E Regio Monte, 4.XI.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]
rogat, ut a rege impetrat, quo Achatio Czema ad electorem Brandenbur-
gensem projecturo iniungat, ut in reditu suo ambos duces Pomera-
niae nomine regis invisat eisque enumeret incommoda, quae bel-
lum Danicum universo fere orbi afferre possit.*

(Latine)

Iam ed.: A.T. XVII, N. 534.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 709-710.

E Regio Monte, 5.XI.1535.

*Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
binas litteras eius (17. et 22.X. datas) se accepisse nuntiat; pro dili-
gentia eius in negotio annui stipendii sui post festa Nativitatis sibi
a rege persolvendi adhibita gratias agit; de episcopatibus iuxta
suum et electoris Brandenburgensis [Ioachimi II] optatum distributis
contentum se declarat; de episcopi Cracoviensis gravi aegritudine
dolet; Nicolaum Nibschtz ad regem Romanorum missum non esse
aegre fert; diligentem operam suam promittit, ut Decius navim sibi
interceptam recuperare possit; scribit aliqua nova ex Dania allata.*

Cfr. El. XLVI, NN. 169, 170.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 225-226v.

An Jobsten Ludwigen den 5 Novembbris.

Unsern gunstigen grus und gnedigen willen zuvorn.

Edler und ernvhester, lieber, getreuer.

Uns seit bede euer schreiben, der datum Crakaw den 17 und
XXII Octobris dieses laufenden funfunddreissigisten jars, vorgestern
uberantwort worden, und wiewol wir euch alspald gern bey demselben
euern diener unser widerantwort zugefertigt, so haben wir es doch
vilfeltiger obligender gescheft halben, die uns davon abgehalten, nit
thun konnen. Aber wie dem, thun wir uns gantz hochlichen gegen
euer person bedancken, das ir bey ko.mt. zu Polan etc., unserm gnedi-
gisten hern und freuntlichen, lieben ohemen, uns zum besten also viel
gefurdert und aussgericht, das wir die 4000 fl. bald nach Weinachten
sollen entricht werden, mit gnedigem begern, ir wollet dasjhenige,
so euch davon zukumpt, empfhaen und vorschaffen, das uns das ubri-
ge alhie in der muntz unseumblich werden mocht. Dagegen wollen wir
gepurliche und noturftige quitantzen erlegen lassen. Sein auch danck-
bar, das ir uns zugeschrieben, hochgemelte ko.mt. die bistumb solcher
gestalt, wie unser freuntlicher, lieber vethter und bruder, der churfurst
zu Brandenburgk, und wir, gebethen, verliehen hat, und haben ein
vorlangen nach der practica, wie es fortgangen ist; wollen derselben von
euch gewertig sein.

Das aber unser besonder geliepter freunt, der bischoff von Cra-kaw¹⁾ tag zu tag schwecher und, als euch ansieht, wirt es seiner l. lange anzutreiben unmuglich, tragen wir mit seiner l. ein sonder hertzlichhs, freuntlichs mitleiden, als dem freunt, den wir ehren und lieben, zu Got vorhoffente und nit zweivelende, er werde das embsige, vleissige gebeth seiner glaubigen erhoren und dem frommen hern gemeinem fride und nutz zum besten lenger und gesuntheit vorhalten, unser freuntliche dienst und alles guts anzusagen und dieselb in irer kranckheit zu besuchen nit untherlassen.

Das Nibschtz von seiner bothschaft durch verenderunge abgedrun-gen, haben wir ungern erfarn. Man muss aber Got dem almechtigen, der do weis, wie ehr ein itzlichs meine und vorordent, bevehlen.

Was aber euer schief, welchs zu Lubeck ist, und das wir euerm diener glauben geben sollen, belangt, haben wir demselben euerm diener unser gutduncken angezeigt, auch mit ime vorlassen, was er euch derhalben zuschreiben soll; auf solchem beruhen wir noch und was uns imer muglich, damit ir one schaden zu dem euern widerumb kommen kontnt, wollen wir keinen vleis sparen, wie wir dann bereit, vor unser person unserm gesandten auf jetzt angesetzte tagfart zu Hamburgk bei k.w. zu Dennemarck²⁾ etc. getreulich umb erledigung euers schiefs sampt ingehabter whar und zubehorunge zu handeln auferlegt. Allein wir wissen nit zu rathen, das ir so[1]cher gestalt, wie euer diener bericht, das gelt so ubel aussgeben sollt, und hetten euern diener vor geschickter angesehn. Doch wirt niemants die ursachen bass wissen, dann er, der die zeit also langk zu Lubeck gelegen und alle gelegenheit angemerckt.

Der capre und oliven halben, die uns zu gut kaufen und alher bestellen soit, sein wir zufrieden und hat uns zu solchen geursacht, das wir sie zu Crakaw befherner und schmackhaftiger gessen, dan das wir sie alhie im lande zu kauf uberkomen und sein hochlich erfreuet, das itzt ir hochgedachter ko.mt. rechnunge gethan, aller ding quittirt und gnediglich abgericht. Vorhoffen euer person werde nhu-mher auch bald bey uns sein.

Weill uns dann auch berurter euer diener berichtung vonwegen der muntz gethan, als hab wir ime, wes ehr bei ko.mt. diesfalls suchen soll, unserm gnedigen rathe mitgeteilt, welchs wir nachmals getreulich rathen. Dann wiewol mhan itzunder durch die finger gesehen, so wils doch uns onhe das nit weiters gepuren.

Von neuen zeitungen wissen wir nichts sonderlichs, allein aus Den-nemargkenn noch das alte und das k.w. daselbst mit zutat und verlei-hung gotlicher gnaden neulicher vorgangener zeit die bede stette War-burg und Lanntzkronn erobert, etliche schief von veinden vorprennt, in grundt geschossen, auch zum theil etzliche sonst gewonnen, und steht itzundt in gutlicher handlung mit Ellenpogen und Kopenhagen. Was volgen wirt, Got mit der zeit auch geben. Desgleichen so haben abermals der churfurst zu Sachssen³⁾, langgraf von Hessen⁴⁾, sampt den drein stetten Bremenn, Hamburgk und Luneburgk in den irrigen gebrechen zwuschen k.w. zu Dennemargken und den von Lubeck gu-tliche und schoenliche unterhandlunge. Der Almechtige, in des hande alle ding stehen und von dem allein das gut zu biten, vorleihe gemeiner wol fart zum bestendigem fride. Aus Littawenn wist ir besser, wes der orth fur zeitung, dann wir. Sonder was neues vorhanden, sein wir

von euch gewertig. Dies wolten wir euch auf euer schreiben in antwort
gnediger meynung widerumb vormelden, dann euch und den euern
gnedigen, furderlichen willen zu erzeigen, darzu sein wir gewogen. Da-
tum, ut supra.

1) *Petrus Tomicki.*
2) *Christianus III.*

3) *Ioannes Fridericus.*
4) *Philippus.*

N. 1191.

E Regio Monte, 5.XI.1535.

Albertus dux in Prussia
Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, teloneatori Caunensi,
pro Ioanne Ruckerling, subdito suo, qui a Senatu et civibus Caunensi-
bus, praeter mandata regia hac in re data et eis ostensa, prohibe-
tur mercenarios ad laborandum in nemoribus suis ducalibus pro
mercede conducere, intercedit et rogit, ut apud Senatum Caunen-
sem efficiat, quo ei id facere permittatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 710.

N. 1192.

E Regio Monte, 5.XI.1535.

Albertus dux in Prussia
Senatui et civibus Caunensibus
pro Ioanne Ruckerling, subdito suo, intercedit et rogit, ne eum prohi-
beant mercenarios ad laborandum in nemoribus suis ducalibus
Caunae pro mercede conducere, cum et mandata regia ad hoc im-
petrata habeat eisque exhibuerit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 711.

N. 1193.

E Regio Monte, 14.XI.1535.

Albertus dux in Prussia
Lucae a Górkka, palatino Posnaniensi,
litteras eius de episcopatum in Regno commutatione se accepisse nun-
tiat omnesque novos episcopos novis dignitatibus dignos esse cen-
set; ipsi autem de palatinatus et filio eius [Andreae] castellanatus
collatione gratulatur.

Cfr. El. XXXV, N. 450.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 712-713.

N. 1194.

E Regio Monte, 14.XI.1535.

Albertus dux in Prussia

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi,
de castellanatus Posnaniensis dignitate ei a rege concessa gratulatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 713.

N. 1195.

E Regio Monte, 20.XI.1535.

Albertus dux in Prussia

Bartholomaeo Nowomiejski

*se archiepiscopo Gnesnensi, Andreae Krzycki (Cricio), noviter electo,
in causa sua (ut scilicet praefecturam clavis Skieriewicensis ob-
tinere possit) scripsisse nuntiat eumque diligenter commendasse,
ut voti compos fiat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 451.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 714.

N. 1196.

E Regio Monte, 20.XI.1535.

Albertus dux in Prussia

Iusto Ludovico Decio

*rogat, ut aliquot smaragdos, quos apud uxorem Caroli Kuczer et apud
aurificem reginae Bonae se vidisse ait, bene inspicere et scribere velit,
an similes lapillos sibi procurare possit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 226v-227.

N. 1197.

E Regio Monte, 21.XI.1535.

Albertus dux in Prussia

Andreae Krzycki, archiepiscopo Gnesnensi,

*ob archiepiscopatus dignitatem ei oblatam gratulatur; Bartholomaeum
Nowomiejski commendat, ut ei praefecturam clavis Skieriewicensis
concedere velit.*

Cfr. El. XXXV, NN. 451, 462 (schedula).

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 714-716.

Reverendissime in Christo Pater etc.

Videmus aequidem Illustrissimi Principis, Domini Ioachimi Mar-
chionis Brandenburgensis, Electoris etc., et nostram^{a)} pro Reverendissi-
ma Paternitate Vestra intercessionem apud Sacram Regiam Maiesta-
tem Poloniae, Dominum nostrum clementissimum et avunculum cha-
rissimum, non inanem fuisse, imo tantum ponderis atque autoritatis

habuisse, ut Regia Sua Maiestas haud gravatim nostro nomine Reverendissimae Paternitati Vestrae Archiepiscopatus Sanctae Metropolitanae Ecclesiae Gnesnensis honorem dignitatemque conferre sit dignata. Quae res, quantam nobis voluptatem attulerit, dici non potest. Neque enim ullum nuncium iam diu ita iucundum nobis fuit, quam quod Reverendissimam Paternitatem Vestram ad tantam dignitatem et gloriam evectam esse percepimus. Quam ob rem Reverendissimae Paternitati Vestrae multum et gratulamur et ut iste Archiepiscopatus Reverendissime Paternitati Vestrae sempiterna laudi sit, universaeque Reipublicae Christianae plurimum utilitati, Deum Optimum Maximum etiam atque etiam enixe praecamur.

Cum autem summorum virorum commendatio et promotio apud potentissimos Reges tantum momenti atque authoritatis habeat, non dubitamus et nostram intercessionem pro inferioris condicionis hominibus apud Reverendissimam Paternitatem Vestram multum valere. Qua occasione potissimum adducti, coacti nunc sumus hasce nostras literas ad Reverendissimam Paternitatem Vestram dare. Nam Reverendissimam Paternitatem Vestram ignorare nolumus, nobilem sincere nobis dilectum Bartholomeum Novemiestzky nos humillime per literas suas obsecrasse^{b)}, quo illum Reverendissimae Paternitati Vestrae commendare dignaremur atque pro eodem apud Reverendissimam Paternitatem Vestram ita intercedere, ut eadem illi praefecturam clavis Squernyoviensis ex innata hac sua gratia et liberalitate concedere haud gravatim vellet. Nos, quamvis hunc hominem ob singulares suas virtutes multum diligimus, eique operam hanc nostram ob aequam et honestam peticionem suam detrectare nequaquam possumus in primisque promotum cupimus, tamen in memoria id habemus, nobis etiam ab illo Capitaneo, qui eandem prefecturam Squirnavicensem hodie adhuc tenet, multa beneficia in profectione nostra proxime Cracoviam versus suscepta, esse exhibita, quorum meminisse nos in primis convenit. Quapropter prefatum Bartholomeum Novemiestzschky Reverendissimae Paternitati Vestrae ita commendamus, ut si unquam fieri queat, praedicta praefectura illi gracie a Reverendissima Paternitate Vestra concedatur. Nihilominus tamen alter etiam, si istic manere nolle, meliori vel simili praefectura provideatur, qua nulla neque meliori neque commodior nobis videretur quam Lovichensis. Si vero prenominatus Bartholomeus id, quod cupit et optat, optatum ferre non posset, rogamus Reverendissimam Paternitatem Vestram fraterne et amice, ut eadem illi Lovicensem praefecturam clementer nostro nomine conferre, eique omnem favorem et clementem graciam exhibere non dedignetur, quemadmodum Reverendissimam Paternitatem Vestram facturam non diffidimus, quo senciat atque intelligat, sibi commendationem hanc nostram multum profuisse et apud Reverendissimam Paternitatem Vestram plurimum momenti atque authoritatis habuisse. Daturi sumus^{c)} operam, ut Reverendissimae Paternitati Vestrae, uti fratri et amico nostro charissimo, in re longe maiori vicissim inserviamus. Datae e Regio Monte XXI Novembris. Anno etc. 35.

In initio epistolae in margine: Andreeae Cricio Archiepiscopo Gnesnensi
XX Novembris.

a) in ms.: nostrum

b) in ms. obserasse

c) in ms.: summus

E Regio Monte, 2.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Tarnowski, palatino Cracoviensi,
pro litteris gratias agit; non minorem amicitiam ei pollicetur, quam qua
demortuum Christophorum Szydłowiecki, castellatum Cracoviensem,
cuius laudat memoriam, olim prosecutus est; ob victoriam in Mo
scovia reportatam ei et regi gratulatur; regem ad pergendum bel
lum aperte exhortari se non posse nuntiat, sed sperat futurum, ut
rex — re tota cum senatoribus bene deliberata — sui etiam con
sili rationem habiturus sit.*

Cfr. El. XXXV, N. 452.

Regestum in A.T. XVII, N. 574.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 716-719.

Magnifice et Generose.

Accepimus literas Magnificaes Vestrae Dominationis. Agimus autem Magnificaes Vestrae Dominationi amicas et benevolas gratias, quod nos amice literis invisere nobisque bene praecari dignata est. Cui vicissim ex animo omnem foelicitatem prosperrimosque ex animi sententia successus optamus.

Scribit autem Magnifica Vestra Dominatio plurimam spem eandem de nobis variis de caussis concepisse sibique persuaderi nos Magnificaes Vestrae Dominationi haud minore amore, favore, benevolentia et gracia adfuturos, atque addicti vita defuncto olim Illustri Domino Christophero a Schidlowitz, Castellano Cracoviensi etc., fratri nostro, fuerimus etc.

Porro quem amice fratris naturalis loco dilexerimus, quanti fecerimus praenominatum Illustrem Dominum Castellanum, non arbitramur operae precium esse in praesentiarum (cum sit in ore omni populo) declarare. Quod cum egregiae et praestantissimae eius virtutes et animi dotes exigerint²⁾, debemus profecto nedum omnes eidem sanguine iunctos amare, fovere et omni gracia prosequi, sed et omnes, qui vel honestam eiusdem fecerint mentionem, clementer observare et amare. Quare minime fallitur animus Magnificaes Vestrae Dominationis tum propter affinitatem³⁾ demortui Illustris Domini Christophori, tum quia de Magnifica Vestra Dominatione ob innumeratas eiusdem virtutes et laudes amice benemereri sedulam damus operam.

Persuadeat itaque sibi, petimus, Magnifica Vestra Dominatio nos ea omnia, quae pro honore, commodo et utilitate eiusdem esse putavemus, sedulo et diligenter facturos, nihil plane de vicissitudine addubitantes. Magnificam Vestram Dominationem foeliciter et prosperrime hactenus in Muschovia contra hostes Regiae Maiestatis pugnasse gaudemus, congratulamur autem cum primis Sacrae Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo, deinde et Magnificaes Vestrae Dominationi, tum quia Deus Optimus Maximus optatam dederit victoriam, tum quia Magnificam Vestram Dominationem sanam et salvam patriae re

stituerit maioribusque et honoratioribus auxerit titulis. Quae omnia Magnificae Vestrae Dominationi non solum ex animo hactenus semper precati sumus et nunc tandem magno cum gaudio intelleximus, sed et si nostra opera Magnificam Vestram Dominationem ad singula et multo maiora promovere potuissemus, fuissemus in eo toti et seduli.

Scribit praeterea Magnifica Vestra Dominatio eidem consultum videri, ut nostris scriptis apud Sacram Regiam Maiestatem pro ea, quam de nobis Magnifica Vestra Dominatio, nos autem minime agnoscimus, sibi persuadet^{b)} in rebus bellicis experientia, intercederemus. Quatenus Regia ipsius Maiestas collecta forciore manu et belli nervo instruictiore hosti locum respirandi non daret, sed de hoc hoste et si praepotente celebrius nomen sibi conflaret etc., possumus equidem Magnificae Vestrae Dominationi pro nostro erga eandem amore et favore nostras illas ea de re diu cogitatas ineptias libere aperire, nos scilicet pariformiter haec omnia a principio huius belli in hunc hodiernum usque diem et adhuc ita, quemadmodum Magnifica Vestra Dominatio prudentissime scripsit, animo voluisse. Considerantes vero vulgatum et tritum consilium sapientis illius, non potuimus Regiae Maiestati mentem aperire nostram. Id quod et imposterum nobis faciendum esse credimus. Neque vero est dubium Magnificam Vestram Dominationem, tanquam callentissimam rerum bellicarum, qui et magna cum laude iam a multis annis cum adiutorio Dei supremus exercituum Regiae Maiestatis est dux, haec omnia et alia multa coram uberius prudentissime cum Sacra Regia Maiestate contulisse et disseruisse, firmiter credentes Regiam Maiestatem cum prudentissimis amplissimi Regni Poloniae proceribus et consiliariis, in quorum numero Magnifica Vestra Dominatio nequaquam postremas tenet, singula exactius et prudentissimo^{a)} praecogitasse, nihilque, quod ad reprimendas hostium vires faciat et conducat, praetermissee.

Verumtamen quia Magnifica Vestra Dominatio haec a nobis procul-dubio non abs re fieri cupit, cuius auctoritatem quanti faciamus, re ipsa declarare malumus quam literis exprimere, cupiamusque commodis Sacrae Regiae Maiestatis pro nostra tenuitate quam optime consultum, volumus dictum sapientis, cui hactenus audientes fuimus, aliquo modo reiicere et Sacram Regiam Maiestatem nostris scriptis interpellare, consiliumque Magnificae Vestrae Dominationis in hanc sententiam eidem aperire. Nos a nonnullis non minimis Regni Poloniae primoribus monitos, ut hoc consilium Sacrae Regiae Maiestati, quo celebrius nomen eidem confletur (quamquam a Regia ipsius Maiestate omnia prudentissime precogitata et premeditata esse non dubitemus), pro nostra erga Sacram Regiam Maiestatem subdita coniunctione de-nuo ad animum reduceremus etc. Nam Magnificae Vestrae Dominationi nedum in his, sed aliis multo maioribus honestis et licitis, amice adesse percupimus... Datae e Regio Monte 2 Decembris. Anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Ioanni Comiti de Tarnaw, Palatino Cracoviensi, 2 Decembris.

b) in ms.: *correctum ex: persuadeat*
a) in ms.: *affinitatum*

N. 1199.

E Regio Monte, 3.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

*Philippe de Croy, duci de Arschot (in ms. Narsgoth)
se certiorem factum esse nuntiat priores litteras suas, 29.VII. huius anni
ni ad eum datas (cfr. N. 1165), earum portatori per Lubecenses vi
abreptas esse, ideoque illarum litterarum tenorem fere ad verbum
hic repetit.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 720-722.

Illustris Princeps, amice et consanguinee charissime etc.

Dedimus nuper XXIX Iulii praesentis huius anni ad Illustritatem Vestram literas, in quibus sane multum nobis momenti videbatur possumus esse. Commisimus enim in iis eo tunc tempore Illustrati Vestrae certa et ardua negotia, quae Illustritas Vestra nostro nomine apud Serenissimam ac Illustrissimam Principem et Dominam, Dominam Mariam, ex regia stirpe Castiliae natam, Ungariae ac Bohemiae Reginam, Sacrae Caesareae Maiestatis¹⁾ in Germania Inferiori Locumtenentem et Gubernatricem, Dominam nostram clementissimam, executi amice ac promovere deberet. Nos vero certiores facti sumus easdem literas una cum aliis nostris scriptis adolescenti cuidam negotiatori, qui sese in Inferiorem Germaniam una cum suis mercibus conferre voleuit, per Lubicenses vi abreptus, adeoque et navi et omnibus suis bonis ac mercibus spoliatus. Et quamvis idem adolescens paucos ante dies nobis per literas significaverit, se spem haud modicam ad recuperandas eiusmodi literas atque ad loca debita transportandas concepisse, tamen nos in hodiernum usque diem adhuc ignari, nescientes, an Illustritas Vestra literas nostras acceperit nunc vel non, operae precium nos facturos iudicavimus, si priora nostra scripta vel paucissimis de integro repeteremus, quarum haec ferme sentencia erat... (Sequitur repetitio litterarum 29.VII. datarum, cfr. N. 1162).

In initio epistolae in margine: Duci de Narsgoth III Decembris.

1) Carolus V.

N. 1200.

E Regio Monte, 8.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisiensi [Petro Gamrat]

*episcopatus Premisiensis in eum collatam dignitatem ei gratulatur;
exponit ei (tanquam Ducatus Masoviae gubernatori) subditorum
suorum querelas et rogat, ut negotium finium inter Ducatus Ma-
soviae et Prussiae regundorum promoteat; articulum de restituendis
profugis ei in memoriam revocat; queritur de gravaminibus
subditis suis, ad nundinas in Masoviam se conferentibus, «contra
inveteratam consuetudinem» impositis.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 722-725.

Reverende in Christo Pater.

Relatum est nobis Reverendam Vestram Paternitatem noviter dignitate pontificatus Premisiensis a Sacra Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo, donatum, quod ut sit faustum, foelix et fortunatum

Reipublicae Christianae et Reverendae Vestrae Paternitati a Domino Deo petimus. Et cum non sit dubium Reverendam Paternitatem Vestram adhuc nomine Sacrae Regiae Maiestatis gerere administrationem Ducatus Mazoviae, voluimus haec paucula Reverendae Vestrae Paternitati perscribere, petentes, amico atque benevolo animo accipere Reverenda Vestra Paternitas dignetur.

Non dubitamus Reverendam Vestram Paternitatem in recenti adhuc habere memoria, quid superiori anno XXXIII in conventu Ianoviensi Sacrae Regiae Maiestatis et nostris commissariis in negocio limitum seu finium inter Ducatum Mazoviae et Borussiae, cum termini scilicet omnino diiudicari et distaminari non possent, cautum atque statutum sit, nempe neutram partem debere parte illa terrae et nemorum, de quibus lis et contentio est, uti et frui sub certa et indicata pena, quoad tota illa tractatio iustum et debitum sortiretur finem. Hoc interdictum nostri firmiter in hanc usque horam servare non dubitaverunt. Porro quam altera pars memor illius sit interdicti, est in confessu, cum nemora penitus excidant terra, quotannis vi etiam utantur, parent novos agros, novas vias per agros subditorum nostrorum in Sablotz¹⁾ et alia pro lubitu contra edictum perpetrent, ex quibus an preter caedes et contentiones quid amplius emanare possit, non intelligimus. Quum autem homicidia, contentiones et iurgia inter utramque provintiam preccavere sedulo studeamus, voluimus haec Reverendae Vestrae Paternitati, tanquam primati tocius Ducatus Mazoviae indicare, amicabiliter petentes, Reverenda Vestra Paternitas dignetur benigne singula, in conventu Ianoviensi acta, ad animum revocare negotiumque ita peragere, quatenus edicta et interdicta commissariorum firmiter et inviolabiliter serventur, nostrisque nullae molestiae imposterum in nostro Ducatu fiant. Nihilominus et a Sua Regia Maiestate impetrare, quo tandem limites et termini inspici et diiudicari quam primum demandentur.

Constituciones a Sacrae Regiae Maiestatis et nostris commissariis in conventu Ianoviensi conditas iussimus cum notatis Eximii Domini Ioannis Apelli, olim nostri Cancellarii, conferri. Apparet autem, pluralitate fortassis negotiorum, in primo decreto de restituzione hominis profugi aliqua omissa. Nam praefatus noster Cancellarius notavit constitutionem illam in hanc sententiam: homo profugus vero suo domino cum omnibus bonis et rebus, ad detentatorem profugi allatis, restitui debet. Ceterum alia bona omnia, que post fugam alibi quam sub vero domino habitans, meliorando et augendo substantiam suam acquisivit, dominis, sub quibus melioratio facta est, remaneant. Si vero bona a vero^{a)} domino ablata a profugo in toto aut in parte consumpta et dilapidata sunt, preter hominem verus dominus nihil petere potest. Hanc clausulam constitutiones^{b)} per Reverendam Vestram Paternitatem nobis oblatae non continent, quae cum primis sit necessaria alicubi interseri, petimus, Reverenda Vestra Paternitas dignetur nobis aperire, quibus verbis et ubi interserenda sit, quo tocius huius constitutionis una et conformis sit dictio. Et secundum hanc clausulam erit quoque articulus de arrestatione bonorum a Reverenda Vestra Paternitate arctandus, qui expresse de omnibus rebus et bonis dicit. Ad haec articulus de reconventione est secundum antiquas constitutiones per omnia servandus. Cuius mentionem faciendam esse credimus.

Postremo subditi nostri conqueruntur aliqua gravamina nunc noviter contra inveteratam consuetudinem hiis, qui nundinas in Mazovia petere et visitare solent, imponi. Ita quod precium, quod a mer-

catoribus pro loco aut etiam pro alia re antiquitus praestari solebat, bis, ter et quater eciam exigatur et vi accipiatur non ab una et eadem persona, sed a multis et variis. Cumque hunc^{c)} ritum nendum contra naturalia et civilia iura, sed et contra initas utriusque terrae transactiones pugnare appareat, petimus in hac parte amicas Reverendae Vestrae Paternitatis operas, eadem dignetur singula pro sua prudentia ita temperare, quatenus subditi nostri ab omnibus hiis gravaminibus et exactionibus insolitis opera Reverendae Vestrae Paternitatis liberentur. Daturi sumus vicissim diligentem operam, ut eidem amice et officiose inserviamus. Datae e Regio Monte VIII Decembris. Anno etc.
XXXV.

In initio epistolae in margine: Episcopo Premisiensi 8 Decembris.

a) *in ms. vere*

b) *correctum ex: constituones*

1) *probabiliter Zabloc vel Zablocie, unus ex pagis eius nominis in Masovia.*

N. 1201.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I Regi Poloniae

post mortem Petri Tomicki, episcopi Cracoviensis et Regni vicecancellarii, dignitate cancellariae et vicecancellariae vacante, in defuncti locum in Cancellaria Regia habitum Ioannem Chojęński, episcopum Płocensem, proponit, qui a multis iam annis, «Cancellariam Regiam, etiamsi nomen desit, hactenus non sine magna laude rexerit».

Cfr. El. XXXV, N. 459.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 725-728.

Serenissime Rex.

Accepi Reverendissimum in Christo Patrem, fratrem et amicum meum charissimum, Episcopum Cracoviensem¹⁾, quem ob singulares suas animi dotes, prudentiam et eloquentiam^{a)}, et quia praecipua fere tocius amplissimae Coronae Regni Poloniae columnam erat, in qua a multis annis magna cum laude, quod nemo non intelligit, vixit, non fratri, sed patris naturalis amavi, colui et observavi loco, ex hac inopi et calamitosa mortalium vita e vivis discessisse. Cum autem infirmam nostram carnem ad mortem certissimo natam esse in confessu sit, nosque hoc pacto a tot et tantis erumnis et molestiis ad erumnarum requiem transire natura ita comparaverit, non est dubium Reverendam Suam Paternitatem, quum hic in terris sanctam et christianam tamquam christianus pontifex sedulo duxerit vitam, in Christo defunctam et cum Christo perpetuo gubernaturam. Quare nos, christiani, fatis cedere atque animae immortali aeternam requiem precari diligenter debemus.

Quanquam autem mutacio officiorum et dignitatum nonnunquam alterationem quandam in Republica secum trahere soleat accidatque plerumque, ut illi ad magna officia aspirent, qui neutiquam officiis respondere possint, attamen certus sum Regiam Vestram Maiestatem in administranda Republica peritissimum iam dudum, quid eidem hac-

tenus in hac parte experta sit, recollegisse, quidque faciundum sit clementer praecogitasse, ut penitus non sit necesse aut etiam deceat Regiam Vestram Maiestatem alicuius rei commonefacere.

Verum cum Regiam Vestram Maiestatem maioribus donis maiori- que prudentia et mansuetudine atque demortuum Episcopum Craco- viensem a Domino Deo donatum esse hactenus saepissime intellexerim, volui pro subdita mea coniunctione, quo vel saltem declarem nil mihi unquam maius in votis fuisse atque commoda Regiae Vestrae Maiestatis et amplissimae Coronae Regni Poloniae^{b)} foeliciter promoveri, hanc meam sententiam in hoc negocio subdite indicare, nihil addubitans Re- giam Vestram Maiestatem haec nostra clementer aequi boni consultu- ram clementique accepturam animo. Compertum autem habet Regia Vestra Maiestas, nedum dignitatem episcopatus Cracoviensis, sed et dignitatem superioris et inferioris Cancellariae vacare. Neque ignorat Regia Vestra Maiestas plurimum interesse, quis huic oneri praeficiatur, considerantes eum debere hoc munere donari, qui prudentia, dex- teritate ingenii, eloquentia, multarum rerum, praesertim autem Can- cellariae, usu et consuetudine et mansuetudine, ut interim de iuri- bus, consuetudinibus et moribus Regni et aliis taceam, demortuo Epi- scopo non sit inferior. Quare cum Reverendissimus in Christo Pater, frater et amicus meus, Episcopus Plocensis²⁾, non parvos ad multis iam annos cum Vestra Maiestate habuerit labores, sedulusque et domi et foris in regiis negotiis fuerit, arduissimas Regni caussas teneat et expertus sit, Cancellarium Regiam, etiam nomen desit, hactenus non sine magna laude rexerit negotiaque omnia expediverit, videtur cum- primis Regiae Maiestati Vestrae et amplissimae Coronae consulendum, ut hunc praestantissimum, expertissimum et humanissimum virum Re- gia Vestra Maiestas Cancellariae Regiae praeficeret.

Id quod non solum consuluo, sed et enixe et subdite oro, ut autem maiori cum honore curiam Regiae Vestrae Maiestatis sequi possit, pe- to, si Regia Vestra Maiestas episcopatum Cracoviensem ad Plocensem addere noluerit, saltem Cracoviensem Domino Iohanni a Choisensky, Episcopo Plocenssi, clementer donare non dedignetur. Haec subdite pre- cor Regia Vestra Maiestas haudquaquam curiositati, sed fideli ac subdito meo officio, quum commodis Regiae Vestrae Maiestatis pro mea tenuitate et re et corpore consulere cupiam, clementer ascribere dignetur...

Datae e Regio Monte XV Decembris anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae XV Decembris.

a) sequuntur duae litterae expunctae.

1) Petrus Tomicki.

b) sequitur una littera expuncta.

2) Ioannes Chojeński.

N. 1202.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

Andreae Krzycki, archiepiscopo Gnesnensi

de nova honoris eius accessione gaudet; negotia quaedam in Comitiis Regni Petricoviensibus promovenda ei commendat, scilicet: 1) cau- sam regundorum finium; 2) negotium feudorum Ioachimi electo- ris Brandenburgensis; 3) rogat etiam, ut sui ipsius (ducis Alberti)

in eisdem Comitiis rationem habeat et ab adversariorum calumniis se defendat; 4) commendat negotium Ioannis a Werden.

Cfr. El. XXXV, N. 462.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 733-738.

Reverendissime in Christo^{a)} Pater et Domine honorande etc.

Archiepiscopatus dignitatem ei gratulatur (omittitur).

Dici enim non potest, quantam voluptatem ob novam illam Reverendissimae Paternitatis Vestrae honoris accessionem ceperimus, ita etiam, ut maiorem nunc spem habeamus Reverendissimam Paternitatem Vestram in rebus tam secundis et fortuna felicissima, quam Reverendissimae Paternitati Vestrae ex animo favemus, nostri etiam interdum memorem futuram. Quae cum ita nobis de Reverendissima Paternitate Vestra firmiter persuadeamus, cupientes, ut eadem etiam istud ipsum sibi absque ullo dubio de nobis polliceatur, nolumus praetermittere, quin iam iterum Reverendissimam Paternitatem Vestram, tanquam amicum et fratrem nostrum charissimum, literis nostris inviseremus illique negotia quedam nostra^{b)} commendaremus, amice ac fraterne rogantes, Reverendissima Paternitas Vestra dignetur talia in isto iam publico Conventu Petracoviae coram amplissimis Regni Poloniae Ordinibus promovere studiose. Nam cum satis pro certo compertum habeamus, Reverendissimam Paternitatem Vestram, tanquam supremum caput ipsorum Ordinum, huic Conventui propria persona interfuturam, magnamque spem ac fiduciam in Reverendissimam Paternitatem Vestram collocemus, commendamus primum omnium Reverendissime Paternitati Vestrae negocium illud totum regundorum finium inspiciendorumque limitum hoc modo, ut illa apud amplissimos Ordines ac Status Regni Poloniae tantum agere atque efficere velit, quo tandem post tot subditorum querelas dies ad vigesimam Ianuarii finibus regundis inspiciendisque statuatur. Quod ut Reverendissima Paternitas Vestra urgeat sedulo promoveatque, etiam atque etiam amice petimus.

Secundo quoniam non ignoramus Preclarissimos Ordines ac Status amplissimi Regni Poloniae pleraque de communibus feudis inter Illustrissimum Principem Dominum Ioachimum, Sacri Romani Imperii Electorem, Marchionem Brandenburgensem etc., consanguineum nostrum charissimum, et amplissimum Regnum Poloniae in hoc publico iam Conventu Petracoviae tractatuos esse, rogamus Reverendissimam Paternitatem Vestram amice ac fraterne, eadem dignetur hoc negocium non minori studio apud proceres Coronae ita promovere, quo praedictus Dominus Ioachimus Marchio talia feuda non tam in suam, quam tocius Regni utilitatem consequatur, et ut id, quod optat, optatum ferre queat.

Tercio hoc quoque silentio nequaquam pretereundum, sed tanquam in sinum fidelissimi amici, cui omnia nostra consilia credimus, effundendum duximus. Nam cum plerumque usu accidat, ut in amicorum colloquiis etiam absentium amicorum mentio fieri saepenumero soleat, Reverendissimam Paternitatem Vestram amice ac fraterne precamur, si forte in hoc publico Conventu et amplissimorum Ordinum colloquiis nostri mentio fieret, eadem dignetur apud eosdem nostri honestam et bonam, ac prout illa sibi a nobis fieri vellet, mentionem facere. Et si aliquid sinistre interpretatum iri aut contra nos moliri vel loqui

eosdem intelliget, quamvis futurum id ipsum minime speramus, praesertim de nullo male simus meriti ac nobis ipsis optime consci, tamen, cum varia nunc sint hominum ingenia et praesentium temporum status hoc secum ferat, ut nemo nunc sic vivere aut vitam suam instituere queat, quo omnibus placere ac recte vivere^{c)} possit, rogamus Reverendissimam Paternitatem Vestram iterum atque iterum, eadem velit tunc vices nostras sustinere et nos ab adversariorum calumniis, quantum unquam fieri queat, defendere, quemadmodum Reverendissimam Paternitatem Vestram facturam non dubitamus. Revocare autem interdum in animum auream illam Poetae^{d)} sententiam solemus: conscientia mens recti, fama mendacia ridet.

Quarto et postremo, cum Deus Optimus Maximus creatorque omnium Reverendissimam Paternitatem Vestram ad nominis sui gloriam et tocius Reipublicae Christianae utilitatem, quod faustum sit et foelix, ad tantam dignitatem laudemque exeretur, plane id nobis nunc de Reverendissima Paternitate Vestra pollicemur, talem evictionem atque honoris dignitatem nobis etiam ac multo inferioris conditionis hominibus utilem futuram. Posteaquam ergo Reverendissimam Paternitatem Vestram in recenti adhuc memoria habere non dubitamus, quae nos preterita estate a Sacra Regia Maiestate Poloniae, Domino nostro clementissimo et avunculo charissimo, Magnifici et Generosi Domini Ioannis a Werden, Proconsulis et Burgrabii Gedanensis etc., nomine, Cracoviae subdite pecierimus, nempe ut Sacra Regia Maiestas Sua illi districtum Neuburgensem haereditario iure ad aliquot conditiones, quas Regiae ipsius Maiestati eo tunc tempore obtulimus, ex regia clementia et bonitate concedere gracie vellet. Conditiones vero iste sunt: petit praefatus Dominus Ioannes a Werden sibi districtum Neuburgensem hoc modo a Regia Maiestate clementer concedi, quatenus bona illi hypothecata, ex quibus profecto parvos aut omnino nullos accipit proventus, haereditario iure, aut si non haereditario iure, saltem iure feudi tam ad filias ex hac sua uxore, quam ad filios obtainere posset. Et si ex hac sua uxore nullam post se relinquere prolem, tertia pars praecii, quo bona illa eidem hypothecata sunt, ad Suam Regiam Maiestatem veniret, reliqua vero pars rediret ad legittimos^{e)} haeredes.

Nos igitur cum intelligamus tocius huius negotii tractationem prae-fati Domini Ioannis a Werden a Sacra Regia Maiestate in celeberrimum tot amplissimorum Ordinum ac procerum Conventum, iudicium consiliumque dilatum atque reiectum esse, rogamus proprio quidem motu Reverendissimam Paternitatem Vestram summis praecibus ac diligenter, ut eadem (si forte huius negotii aut tractationis inter amplissimos Ordines mentio fieret, aut Reverendissima Paternitas Vestra commodam sibi de eo loquendi et huius negotii mentionem faciendi occasionem summere posset) prefato Domino Ioanni a Werden nostro nomine haud gravatim operam suam prebere negociumque illud ita promovere velit, quo tandem voti ac desiderii sui compos atque particeps reddatur.

Habito respectu, quod si Sacrae ipsius Regiae Maiestati aut amplissimo Regno Poloniae aliquid incommodi ac detrimenti promanare inde posset, eundem tantopere Reverendissimae Paternitati Vestrae et reliquis Ordinibus commendare neutiquam vellemus. Scimus autem id ipsum cum utilitate et commodo Sacrae Regiae Maiestatis amplissimique Regni Poloniae commode fieri posse, ideoque cupimus illum pre reliquis omnibus in primis promotum. Nam cum homo sit prestanti prudential et multis preclarissimis virtutibus inclite praeditus, quisque non

solum Reverendissimae Paternitati Vestrae, verum etiam Sacrae Regiae Maiestati ac universo Regno Poloniae optimo consilio, eloquentia ac prudentia sua singulari multum prodesse atque usui esse possit, dignum plane ipsum iudicamus, qui ab omnibus proceribus Regni Poloniae ametur promoveaturque, quemadmodum ille ob suas virtutes a nobis et amatur et promovetur. Non dubitamus, quin^o Reverendissima Paternitas Vestra talem se nunc in omnibus exhibitura sit, quamle plane confidimus et quemadmodum nobis de Reverendissima Paternitate Vestra pollicemur. Quod nos erga Reverendissimam Paternitatem Vestram una cum prenominato Domino Ioanne a Werden summo semper studio atque diligentia promereri studebimus. Datae e Regio Monte XV Decembris. Anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Archiepiscopo Gnesnensi, Domino Andreae Cricio XV Decembris.

- | | |
|---|----------------------|
| a) in Christo <i>repetitum et expunctum</i> | d) in ms. Poetam |
| b) in ms. nostrae | e) in ms. ligittimos |
| c) in ms. iuvere | f) in ms. quia |

N. 1203.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojnicki]*

Petri Tomicki, episcopi Cracoviensis, mortem dolet; rogat, ut — hac alteratione bene considerata — diligenter et vigilanter omnibus periculis Regno impendentibus suo maturo consilio obviam ire studeat; causam Ioannis a Werden commendat.

Ostpr. Fol. vol. 49, ff. 728-730.

Reverende in Christo Pater.

Ex literis Reverenda Paternitatis et aliorum intelleximus Reverendissimum olim in Christo Patrem, amicum ac fratrem nostrum, Dominum Episcopum Cracoviensem^o etc., extremum clausisse diem. Cuius obitum iure plurimum dolemus, quia et amicum haudquaquam vulgarem tocius Coronae Regni Poloniae et fratrem, naturalis dilectum loco, invida fata nobis ademerint. Verum quum natos ad mortem nos esse scimus, cedimus, quamvis summo cum animi merore^a, superis. Ex obitu autem huius laudabilis et pulcherrimae columnae^b amplissimae Coronae Regni Poloniae non parum multa nobis accurrrunt. Considerantes nimirum plurimam et fere subitaneam illam dignitatum, officiorum et potestatum, nedum huius, sed et aliarum mutacionem alteracionem quandam secum quasi trahere solere, Dominum autem Deum enixe oramus atque obsecramus, is pro sua immensa misericordia et gracia velit Sacram Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, Reverendam Vestram Paternitatem reliquosque dignissimos Re-

gni ordines hiisce periculosissimis tempestatibus ad aeterni sui nomini gloriā et Regni Poloniae foelicissimos successus clementer longaevos in annos bona et prosperrima cum valetudine conservare, protegere atque defendere. Amice et fraterne petentes, Reverenda Vesta Paternitas dignetur magna cum vigilantia, pro singulari sua in gubernanda Republica dexteritate, omnibus periculis Coronae diligenter iusto et maturo consilio obviam ire. In quibus si nostra opera, studio et diligentia Reverendae Vestrae Paternitati (tamquam maior ex procuribus Regni Poloniae, quem et ad altiora, sic volentibus diis, breviter evehī firmiter speramus) amice et fraterne adesse possumus, pollicemur diligentes, amicas et fraternalias operas.

Posteaquam autem nobis certo constat, perquam plurimos honestissimos et magnae existimationis homines, qui et amplissimae Coronae Regni Poloniae ac Sacrae Regiae Maiestati quam optime esse cupiunt, fortunatissimos illos Reverendae Vestrae Paternitatis in episcopatu Plocensi successus eidem ex animo favere, naturaeque conveniat amicos ex omnibus amicorum fortunatis successibus, nedum voluptatem aliquam haurire eisdemque congratulari, sed et opera, gracia, favore, benevolentia et prosperis eventibus eorundem uti et frui solere, dici non potest, quantam de Reverenda Vesta Paternitate spem illi ipsi conceperint. Qua ut omnes illos minime falli nobis persuademos, ita libere opera Reverendae Vestrae Paternitatis implorare possumus. Non dubitamus autem Reverendam Vestram Paternitatem facile in memoriam revocaturam, quo studio quaque diligentia nomine Nobilis Domini Ioannis a Werden etc. nuper Cracoviae apud Sacram Regiam Maiestatem egerimus et ea, quae Sacrae Regiae Maiestati nequaquam incommoditatem aliquam, sed utilitatem, honorem et gloriam adferunt, pecierimus. Esse vero totum hoc negocium a Regia Maiestate in consilium procerum Regni Poloniae delatum percepimus. Ut autem nos, tanquam frater, et Dominus Ioannes a Werden, tanquam fidelis et obsequens servitor, maiorem spem et fiduciam in hunc Reverendae Vestrae Paternitatis foelicem successum collocare fructumque et utilitatem ex hiis accipere possimus, petimus amice et fraterne (non quod prefatus Iohannes a Werden haec a nobis petierit, sed quia omnibus, qui commoda Regiae Maiestatis promoveri cupiunt, clementer adesse cupimus), Reverenda Vesta Paternitas haud gravatim dignetur praelibatum Iohannem a Werden, tanquam diligentissimum Regni Poloniae servitorem, nostro nomine commendatum habere et accipere, quo districtum Neuburgensem haereditario iure, petitis Regiae Maiestati et Reverendae Vestrae Paternitati oblatis condicionibus, obtinere possit. Dabitur enim hiis Iohanni a Werden et aliis quam plurimis ansa diligentius Regiae Maiestatis inserviendi^{c)} deduceturque eo res, ut si quando nomine Regiae Maiestatis apud eundem aliqua sollicitare deberemus, maiori cum opportunitate et audatia postulemus. Iterum atque iterum fraterne petentes, Reverenda Vesta Paternitas velit primam petitionem, noviter adiunctis iam honoribus, fraterne et benigne promovendam suscipere. Daturi sumus vicissim una cum Iohanne a Werden diligentem operam, ut omni studio, diligentia et obsequio singula diligenter promereamur. Datae e Regio Monte, anno etc. 35.

In initio epistolae in margine: Episcopo Plocensi XV Decembbris.

a) in ms.: merorae
b) in ms.: calumne

c) sequitur expunctum: de
1) Petro Tomicki.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]
gratias agit, quod negotium regis Suetiae sollicitaverit et promoverit;
sententiam hac in re Senatus Lithuaniae (ad quem hoc negotium a
rege remissum est) se exspectaturum nuntiat; in negotio Coadiu-
tensi contra mentem regis et reginae se nihil vehementius conten-
dere dicit; rogat, ut diem inspiciendorum finium et limitum a rege
impetret; de pagis in confinio a regina constitutis miratur, sed vo-
luntati reginali se subiicit; limitibus inter Masoviam et Prussiam
inspiciendis diem 20 Ianuarii proponit.*

Cfr. El. XXXV, N. 454.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 731-733.

Reverendissime in Christo Pater.

Scribit Reverendissima Vestra Paternitas Senatum Ducatus Lithuaniae nihil hactenus in negocio Regis Suetiae¹⁾ statuisse, eandem autem, ubi resciverit mentem Senatus, singula significaturam etc. Agimus Reverendissimae Vestrae Paternitati primum omnium amicas et benevolas gracias, quia negocium illud diligenter, considerans proculdubio non abs re pacta iniri cum Rege Suetiae, sollicitaverit et promoverit. Exspectavimus itaque posthac voluntatem tocius Senatus Lithuaniae, qui si omnia contemnere porro voluerit, erit quibus subditio nostro officio erga Regiam Maiestatem in hac parte a nobis satisfactum esse declarare possumus.

Contra Regiae et Reginalis Maiestatis²⁾ mentem in bonis Coadiutens vehementius etiamsi ad caussa³⁾ nobisque in eam sententiam, quemadmodum Reverendissimae Vestrae Paternitati nuper scripsimus, Vilnae responsum sit, contendere nolumus, percipientes nos in omnibus eidem tamquam obedientem Principem accommodare. Hoc autem sibi certo persuasum habeat, petimus, Reverendissima Vestra Paternitas, colonos omnes proventus et redditus retentos uno atque eodem^{a)} tempore persolvere ei, cui adiudicati fuerint, non posse. Nam aegre quottannis debitos proventus soluturos. Quae res an Regiae Maiestati, aut etiam nobis magnam^{b)} adferre queat commoditatem, relinquimus Reverendissimae Vestrae Paternitatis iudicio, amice et fraterne petentes, Reverendissima Vestra Paternitas haud gravatim velit a Sua Regia Maiestate impetrare diem inspiciendorum et distaminandorum finium et limitum, quo tandem nos et subditi nostri ab eiuscmodi molestiis liberari possimus. Quae si indicta non fuerit, cogimur plane credere^{c)} nostrum incommodum ab aliquibus preter etiam Regiae et Reginalis Maiestatis voluntatem negocium limitum differri. Cum tamen et multo maiora expectemus et demeritos nos esse arbitremur, qui hactenus nihil non diligenter et magno cum gaudio subire dubitaverimus et impostorum subire parati simus.

Consilium Reginalis Maiestatis, cur pagos in confinio constituerit, miramur. Nam tucius committi credimus ovem lupo atque hiis rusticis et colonis nemora, ut interim de furtis et aliis clandestinis maleficiis taceamus. Attamen quia sic videtur Reginali ipsius Maiestati, haud gravatim cedimus, sperantes Reverendissimam Vestrarum Paternitatem olim

percepturam²⁾ a predecessoribus nostris, non sine magno consilio, nullos pagos in confiniis constitutos esse nosque et nostros maiorem commoditatem ex clandestinis illis spoliis et furtis, atque Reginalem Maiestatem percepturos. Verum latere Reverendissimam Vestram Paternitatem nolumus Capitaneum³⁾ Reginalis Maiestatis, qui novos pagos undique collocat, aliquos nostros colonos profugos detinere. Cum autem sit contra inveteratas, antiquas et novas transactiones, iure a nobis repetuntur, neque dubitamus Reginalis Maiestatis iussu et voluntate eosdem minime detineri. Petimus itaque literas regias, ut si alicubi nostri coloni inventi fuerint, sine ulla mora nobis restituantur.

Pro limitibus inter Mazoviam et Prussiam inspiciendis et disterni-
nandis arbitramur commode diem 20 Ianuarii statui, eodemmet tempore et termini Lithuanici diiudicari et disterniari (si Regiae Maies-
tati placeret) possent. Quae, si indicta et statuta ita fuerit, petimus, Re-
verendissima Vestra Paternitas dignetur Suam Regiam Maiestatem com-
monefacere, quo destinati ilii consiliarii amplissimi Regni Poloniae no-
bis tanquam assistentes in negocio limitum cum Ducatu Lithuaniae ad-
iungantur, literisque regiis illud ipsum eisdem iniungatur. Quid autem Sacra Regia Maiestas in toto hoc negocio limitum statuerit, petimus no-
bis indicari etc. Datae e Regio Monte XV Decembris. Anno etc. 35.

In initio epistolae in margine: Episcopo Plocensi XV Decembris.

- | | |
|---|--|
| a) <i>in ms.</i> eidem | 1) <i>Gustavus I Wasa.</i> |
| b) <i>in ms.</i> magna | 2) <i>Bona.</i> |
| c) <i>sequitur expunctum:</i> negocio limitum | 3) <i>Stanislaus Szczepanowicz (Kuncewicz)</i> |
| <i>z) sic in ms.</i> | |

N. 1205.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]

pro diligentia in negotiis suis apud regem expediendis adhibita gratias agit; rogat, ut apud regem efficiat, quo lacus Družno (Drausen), cum tempus locationis Elbingensibus factae elapsum sit, nemini alii quam sibi ipsi locetur.

Cfr. El. XXXV, N. 453.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 741-742

Reverendissime in Christo Pater etc.

Ex literis Reverendissimae Paternitatis Vestrae, Vilnae XVI Novembris anno 35 ad nos scriptis^{a)}, cognovimus singulare quoddam studium et diligentiam haud mediocrem Reverendissimae Paternitatis Vestrae in rebus ac negociis nostris apud Sacram Regiam Maiestatem expediendis adhibitam, per quam sane nobis occasio videtur nunc^{b)} oblata esse non parva indies melius atque melius de Reverendissima Paternitate Vestra merendi. Agimus itaque pro tanto studio atque diligentia Reverendissimae Paternitati Vestrae ingentes gracias, nec omittemus, quin pro temporis oportunitate maiores olim referamus. Verum cum hoc tempore referendi nulla detur^{c)} nobis facultas, rogamus, ut boni consulere interim Reverendissima Paternitas Vestra propensum nostrum erga eandem animum atque voluntatem velit.

Scribit porro Reverendissima Paternitas Vestra de lacu Drausen, perstisset scilicet Regiam Maiestatem, ut neget vel opus esse vel se daturam esse nobis cautionem, priusquam tempus locationis Elbingensibus factae dabatur. Nos cum aliter fieri nequeat, cogimur iis sic acquiescere. Nihilominus tamen Reverendissimam Paternitatem Vestram amice ac fraterne hortamur, eadem velit nostro nomine eam adhibere diligentiam tantumque apud Sacram Regiam Maiestatem efficere, quo primas preces obtainere queamus, neve praedictus lacus ullo alio, quam nobis clementer a Regia Sua Maiestate locetur. Dabimus operam, ut erga Regiam Suam Maiestatem, patrem et avunculum nostrum pientissimum charissimumque, vel hoc saltem nomine nunquam ingrati inveniamur. Quod vero ad Reverendissimam Paternitatem Vestram attinet, nhabimus operam quam maximam, ut eidem par pari referamus et summo nostro studio omniique tempore inserviamus. Datae e Regio Monte XV Decembris. Anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Episcopo Plocensi XV Decembris.

- a) *in ms. scriptas*
- b) *in ms. nun*
- c) *sequuntur aliquot litterae expunctae.*

N. 1206.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,
pro humanitate et benevolentia erga se et subditos suos, litteris decla-
rata, gratias agit; de commendato sibi Benedicto, pennarum magis-
tro, scribit eum non per se, sed per consules et Senatum civitatis
suae Regii Montis in carcerem coniectum esse, sed cum palam factum
esset eum omni culpa vacare, iam dudum liberatum et dimissum
esse; regi et reginae se commendari petit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 455, 460.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 738-739.

N. 1207.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro benevolentia erga venerabilem Venceslaum Jancknerum exhibita gra-
tias agit; de aegritudine eius dolet; negotium regundorum finium et
pagi Coadiutem (Koczyce) commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 739-741.

N. 1208.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

Martino Cromero

diligentiam eius in scribendo laudat; pro munere a se ei missa opus non fuisse tanta gratiarum actione scribit; rogat, ut negotia sua episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński] commendet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 742-743.

N. 1209.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Radziwiłł, capitaneo Samogitia,

ob felicem ex Moscovia redditum eius gaudet et gratulatur; de rebus novis, praesertim in Moscovia gestis, certior fieri cupit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 743-744.

N. 1210.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

Stanislaw Odrowąż, palatino Podoliae,

commendat negotium feudorum Ioachimi marchionis Brandenburgensis.

Cfr. El. XXXV, NN. 447, 464.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 744-746.

Magnifice et Generose, Frater nobis sinceriter dilecte.

Pro litteris et pro falconibus dono missis gratias agit (omittitur).

Indicavit postremo Magnificentia Vestra in suis literis eandem in hoc publico Conventu Petracoviae nunc futurum, pollicens nobis suam operam etc. Quoniam vero Praeclarissimi Ordines ac Status amplissimi Regni Poloniae pleraque de communibus feudis inter Illustrissimum Principem Dominum Ioachimum, Sacri Romani Imperii Electorem, Marchionem Brandenburgensem etc., consanguineum nostrum charissimum, et amplissimum Regnum Poloniae in hoc publico iam Conventu Petracoviae tractaturi sunt, rogamus Magnificentiam Vestram amice ac fratrene, eadem dignetur hoc negocium apud proceres Coronae ita promovere, quo praedictus Dominus Ioachimus Marchio talia feuda non tam in suam, quam tocius Regni utilitatem consequatur et ut id, quod optat, optatum ferre queat. Dabimus operam, ut hoc nomine erga Magnificentiam Vestram nunquam ingrati inveniamur.

Addit etiam in fine Magnificentia Vestra eandem exinde in Lithuania profecturam ac postea per Mazoviam reddituram. Quare precamur Deum Optimum Maximum, ut is regat Magnificentiae Vestræ gressus... Datae e Regio Monte, XV Decembris. Anno etc. XXXV.

In initio epistolae in margine: Stanislaw Odrawatz XV Decembris.

N. 1211.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,
de felici eius ex Moscova reditu gaudet; ob castellanatus Posnaniensis
et capitaneatus generalis Maioris Poloniae dignitatem ei a rege ob-
latam gratulatur; negotium regundorum finium et causam feudorum
Ioachimi electoris Brandenburgensis in Comitiis promovendam ei
commendat; rogat, ut nomen suum in Comitiis ab adversariorum
calumniis defendat; commendat causam Ioannis a Werden, ut ei rex
districtum Neuburgensem (Novensem), si non hereditario iure, sal-
tem iure feudi concedat; litteras a Ioanne Tarnowski de bello Mos-
covitico continuando se accepisse nuntiat et rogat, ut una cum pa-
tre [Luca a Górką] hoc negotium promoveat.*

Cfr. El. XXXV, N. 456.

Iam ed.: A.T. XVII, N. 587.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 746-753.

N. 1212.

E Regio Monte, 15.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

*Lucae a Górką, palatino Posnaniensi,
eadem negotia in Comitiis promovenda ei commendat, « ut supra in fi-
lli literis, mutatis mutandis ».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 753.

N. 1213

E Regio Monte, 24.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*Ioanni Chojeński, episcopo Plocensi, et Nicolao Nibschatz, aulico regio,
quaedam ardua negotia apud regem promovenda se commisso nún-
tiat et rogat, ut eis rex ea referentibus plenam fidem adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 754.

N. 1214

E Regio Monte, 24.XII.1535.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]

*quaedam gravia et ardua negotia apud regem expedienda se Nicolao Nib-
schitz commisso nuntiat et rogat, ut Nibschatz ea referenti fidem
adhibeat eaque una cum illo apud regem promoveat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 754-755.

E Regio Monte, s.d. 1535.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisiensi [Ioanni Chojeński]
litteras regis Suetiae [Gustavi I] ad regem Poloniae transmittit et ro-
gat, ut eas, « quam primum commodum videbitur », regi reddendas
curet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 607.

1536

N. 1216

Spychowo (Poppen), 2.I.1536

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
dilationem negotii regundorum finium parum aequo fert animo, regiae
tamen obtemperat voluntati et rogat, ut negotium hoc apud regem
promovere studeat; praefectos suos falso a rege accusari arbitra-
tur, quasi iustitiam administrare recusent.*

Cfr. El. XXX, NN. 138, 139.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 5-7.

De limitibus Lithuaniae.

Magnifice ac Generose, Amice nobis charissime.

Accepimus uno tempore binas a Sacra Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo et avunculo charissimo, literas. Ex prioribus non sine maximo animi dolore percepimus diem regundorum finium inspi-ciendorumque limitum hac instanti hyeme constitui non posse propter causas quasdam in regiis literis indicatas, quas Magnificentiam quoque Vestram ignorare nequaquam arbitramur. Et quamvis molestum nobis^{a)} sit vehementer summoque doleat, hoc negocium semper diucius differri atque procrastinari et id, quod summis precibus longo iam tempore flagitavimus summoque desyderio optavimus, optatum ferre neutiquam posse, tamen cogimur iis sic acquiescere, donec tempus magis oportunum et commodius Sacra Regia Maiestas nanciscatur. Rogamus tamen Ma-gnificantiam Vestram, ut fratrem nostrum charissimum, amice ac fra-terne, Magnificantia Vestra una cum reliquis Magni Ducatus Lithuaniae ordinibus dignetur tantum apud Sacram Regiam Maiestatem efficere, quo tandem totum illud negocium regundorum finium iustum suum finem sor-ciatur. Et ut nos quoque sentiamus Magnificantiam Vestram reliquosque ordines Magni Ducatus Lithuaniae adeo non invidere rebus ac commo-dis nostris, ut etiam illa summa diligentia promovere semper studeant cupiantque, quemadmodum hactenus a Magnificantia Vestra factum perspeximus et quod firmiter nobis adhuc de Magnificantia Vestra om-nibusque proceribus Regni pollicemur.

In posterioribus literis indicavit et scripsit Regia Maiestas nonnullos praefectos^{b)} et iudices locorum Ducatus nostri remissiores esse ac dif-ficiles et minus aequos in reddenda captandaque vicissim iusticia, et quodque servi et noxi^{c)} homines, qui in Ducatum nostrum profugint, extraidi recusentur etc. Nos etsi facile credimus Sacram Regiam Maiesta-

tem a nonnullis sic falsa persuasione duci atque impelli ad credendum rem ita se habere, prout Sacrae ipsius Maiestati Regiae proponitur et narratur, tamen firmam spem habemus Regiam Maiestatem non temere omnibus figmentis et querelis fidem adhibitaram. Nam cum divinae et humanae leges hoc doceant, ut altera etiam pars audiri debeat, iniquum plane iudicamus omnibus accusantibus facile fidem adhiberi, ut praefecti et iudices nostri ita culpentur, quasi ipsi iusticiam administrare recusent. Quod a nullo neque factum esse hactenus satis pro certo comperit habemus, neque etiam facile fuissemus.

Cum autem saepenumero usu venire soleat, ut inter vicinos exoriantur controversiae et lites, quae tamen saepe non sine aliqua occasione alterius partis accidere solent, non videmus, cur causae tales verbis tantopere extolli debeant. Proinde rogamus Magnificentiam Vestram, eadem velit posthac curare, ut res ipsae clarius et planius cognoscantur, ne huiusmodi querelae amplius obstrepant^{d)} auribus regiis et nos amplius eiusmodi falsis quaerelis et figmentis^{e)} falso apud Sacram ipsius Maiestatem Regiam accusemur. Magnificentiam Vestram feliciter valere optamus. Datae Poppen II Ianuarii anno etc. XXXVI.

In margine in initio scripti: Adalberto Gastoldo

- a) sequitur expunctum: non
b) in ms. prefectus
c) in ms. noxi

- d) in ms. obstrepent
e) sequitur expunctum: haud

N. 1217

Spychowo (Poppen), 2.I.1536.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Grabowski

pro Stanislao Korytko (Corytka), subdito suo, intercedit, ut ei promissam et nondum factam iustitiam administret et « misero huic homini nihil praeter aequitatem adimat, sed suum illi, quod optimo iure debetur, reddat ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 3.

N. 1218

Spychowo (Poppen), 2.I.1536.

Albertus dux in Prussia
Caspari Maciejowski, dapifero Sandomiriensi,
filium eius unicum, sibi commendatum, se libenter in aulam suam accepisse nuntiat; pro equo sibi dono missa gratias agit; de aegritudine eius dolet et medicum suum mittere pollicetur.

Cfr. El. XXXV, N. 449.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 7-8.

N. 1219

Ioannisburgi, 18.I.1536.

Albertus dux in Prussia

*episcopo Camenecensi (Petro Gamrat)**

*rogat, ut curare velit, quo subditi sui in Masovia a subditis regiis
« quieti ac immovebili permanere queant, donec negotium illud re-
gundorum finium dijudicetur ».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 8-9.

* Revera Petrus Gamrat eo tempore iam ad
episcopatum Premisiensem translatus est,
sed usque ad annum 1538 junctus est mu-
nere gubernatoris bonorum regiorum in
Masovia.

N. 1220

E Regio Monte, 22.I.1536.

Dorothea dux in Prussia

Stanislaw Ławski, vexillifero Varsaviensi,

*se operam suam pro eo apud ducem consortem suum interposuisse
nuntiat, nihil tamen obtinere potuisse, nam consors suus iniquo fert
animo « te ea petere et requirere a Sua Illustritate, quae nullo iure
ad te pertineant ».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 9-10.

N. 1221

E Regio Monte, 22.I.1536.

Albertus dux in Prussia

Stanislaw Ławski, vexillifero Varsaviensi,

*mirari satis non potest eum iterum bona Andriissowo repetere, quae
nullo iure ad eum pertineant, praesertim cum ad eiusmodi suppli-
cationem iam antea responsum suum ei dederit; aliam villam, quam
petebat, a dominiis suis abalienari non posse significat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 10-11.

N. 1222

E Regio Monte, 22.I.1536.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

*pro felicis Anni Novi auguriis sibi nuntiatis gratias agit; de felici eius
ex Silesia Cracoviam redditu gaudet; de morte Andreae Tęczyński,
castellani Cracoviensis, dolet; nova sibi mitti petit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVII, N. 174.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 229-229 v.

N. 1223

E Regio Monte, 27.I.1536.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

rogat, ut summam 2700 aureorum Rhenensium sibi Norimbergae debitorum nomine suo accipiat et sibi 2000 aureos hungaricales persolvat.
(Germanice)

Cfr. El. XLVII, N. 180.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 229v-230.

N. 1224

E Regio Monte, 29.I.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

nobilem Appel Vitzthum (in ms. Vytzthumb) commendat et rogat, ut ei ad regem Romanorum litteras intercessorias dare velit, « quo tanto facilius et iustius ea quidem consequi possit, quae summo iure illi, uti refert, competit, et ut dicto Vitzthumb aequitas et iustitia administrari possit ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 11-12.

N. 1225

E Regio Monte, 29.I.1536.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Łaski, palatino Siradiensi,

binas litteras eius sibi per Georgium Vitzthum (in ms. Fitzthum) red-ditas esse nuntiat; commendatum sibi Appel Vitzthum se nunc in aulam suam accipere non posse scribit, timere enim regis Romanorum indignationem (nam « esset periculum, ne sub hac specie Domini Fitzthum damnum aliquod nobis et subditis nostris inferri possit »); ubi tamen actio eiusdem Vitzthum honorifice composita fuerit, se eum libenter in Ducatum suum accepturum esse; ad componendam controversiam inter Georgium Vitzthum et Nicolaum a Minckwitz diem et locum constitutum iri nuntiat et rogat, ut ad ferendam hac in re sententiam ipse in persona vel per delegatum suum compareat.

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 457, 458.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 12-14.

Spychowo (Poppen), 2.II.1536.

*Albertus dux in Prussia**Sigismundo I regi Poloniae*

dilationem negotii innovandorum finium inter Lithuaniam et Ducatum suum Prussiae, ob periculum Moscoviticum necessariam, se parum aequo animo ferre, voluntati tamen regiae obtemperare nuntiat; rogit, ut rex tandem diem certam ei negotio expediendo statuat et pagum Coadiutent usque ad totius causae conclusionem se tranquille possidere permittat.

Cfr. El. XXX, NN. 131, 138.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 4-5.

Finium regundorum.

Si quid est in me prompti obsequii et benevolae voluntatis, id totum dedico Regiae Vestrae Maiestati, peroptans eam sanam et salvam et integrum esse. Non sine magna animi perturbatione ex Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae literis intellexi limites inter terras Magni Ducatus Lithuaniae et Borussiae Ducatus innovari atque reformari hyeme hac instanti neutiquam posse hanc potissimum ob causam, quod Sacra Regia Maiestas Vestra ex certis et non contempnendis rumoribus acceperit Moschum, Maiestatis Vestrae Regiae hostem, moliri hac praesenti, ut praeterita hieme, in dominium Regiae Maiestatis Vestrae incursionem facere, ita ut eam ipsam nunc temporis hyberni commoditatem capte^{a)} sibi dictus hostis. Quae res et dilatio cum non tantum meis terris atque subditis magnum incommodum ac detrimentum cottidie adferat, verum etiam Regiae Maiestati Vestrae eiusdemque dominis parum utilis esse videatur, mirum nemini videri debet me parum aequo animo eandem dilationem hactenus tulisse, quae si diutius differatur, facile pro summa sua prudentia estimare Regia Vestra Maiestas poterit, utriusque Ducatus subditis et hominibus graviora in futurum damna atque incommoda inde eventura.

Et quamvis longo iam tempore et saepe et enixe a me flagitatum sit, quo limites tandem inspici et distaminari possent, malleumque totum illud negocium hac praesenti magis hieme quam alio tempore^{b)} componi atque finiri, tamen ne per hoc et supra recitatam caussam Sacra Regia Maiestas Vestra graviora damna sentiat, facile iis sic acquiesco facileque concedo, ut minus cedat maiori. Dii enim istud prohibeant, ut ex modica aliqua iactura rerum mearum Regia Vestra Maiestas intolleranda et irrecuperabilia^{c)} damna ac incommoda experiatur.

Nihilominus tamen Sacram Regiam Maiestatem Vestram, tanquam Dominum meum clementissimum et avunculum charissimum, subdite precor, dignetur mei etiam ac subditorum meorum rationem aliquam habere, et quam primum id fieri queat, diem certam statuere, qua fines tandem inspiciantur distamineturque, ut utraque pars, quod iure antiquo et naturali unicuique conveniat debeaturque, quiete postmodum teneat possideatque. Nam cum longo iam tempore, etiam Ordinis adhuc tempore, optimo iure pago Coadiutent usus sim et ad diciones meas pertineat, molestum est mihi vehementer me eo tandiu orbari. Itaque ut Regia Vestra Maiestas me dictum pagum Coadiutent tandiu et ad diiudicationem usque finemque tocius causae in possessione habere, prout

antea semper habui, permittat, etiam atque etiam enixe oro, quemadmodum Regiam Maiestatem Vestram facturam non dubito. Quod ego una cum subditis meis erga Sacram Regiam Maiestatem Vestram summo semper studio promerer studebo.

Datae Poppen 2 Iannuari anno etc. XXXVI.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae II Iannuarii.

- a) *in ms. captat*
- b) *in ms. tempori*
- c) *in ms. irrecuparabilia*

1227

E Regio Monte, 7.II.1536.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Radziwilli, pincernae M.D.L., capitaneo Samogitiae, intercedit pro Alberto Zolner, subdito suo, qui bona sua et merces civi Regiomontano, Ioanni Vogler iuniori, hac conditione tradidit, ut se absente eas venderet obtentamque pro eis pecuniam sibi restitueret; ille vero, bonis et mercibus venditis, cum pecunia fugam dedit; rogat igitur, ut Albertus Zolner a debitoribus dicti Vogler in Samogitia habitantibus debitam sibi pecuniam, exhibito chyrographo, exequi possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 14-15.

N. 1228

E Regio Monte, 18.II.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

transmittit exempla litterarum, sibi ex Germania et aliunde missarum, de variis et periculosis practicis in Germania structis.

(Annexa: I. Copia litterarum Ioannis Dantisci, 1.11.1536. II. Responso ducis Alberti Ioanni Dantisco; III. Copia litterarum Georgii marchionis Brandenburgensis, 15.XII.1535; IV. Ex litteris Georgii Vogler, 14.XII.1535; V. Copia litterarum et novitatum, a Georgio Klingenberg transmissarum; VI. Copia litterarum Christiani III regis Daniae ad ducem Albertum, 8.I.1536; VII. Copia litterarum Christiani III regis Daniae ad ducem Albertum, 2.X.1535; VIII. Copia litterarum Ioachimi electoris Brandenburgensis ad ducem Albertum, 18.I.1536; IX. Copia litterarum Friderici comitis palatini Rheni, ad Ioachimum electorem Brandenburgensem, 16.XI.1535; X. Ex litteris Wolfgangi Ketting, 20.I.1536; XI. Copia litterarum Christiani III regis Daniae ad Fridericum comitem palatinum Rheni, 16.XI.1535; XII. Copia litterarum reginae Mariae ad Christianum III regem Daniae, 27.VII.1535; XIII. Copia litterarum Friderici comitis palatini Rheni ad Christianum III regem Daniae, 30.IX.1535).

Cfr. El. XXX, N. 140.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 16-19, 22-60.

De negocio Domini Friderici Palatini cis Renum cum Rege Daniae¹⁾ etc.
Serenissime Rex.

Non est dubium Regiam Vestram Maiestatem in recenti adhuc habere memoria, quae nova et periculosa consilia ex Germania et partim ab Illustrissimo Principe charissimo meo fratre, Domino Georgio Marchione Brandenburgensi etc., mihi transmissa superioribus diebus eidem perscripserim et significaverim. Ad quae Regia Vestra Maiestas per Generosum Nicolaum Nipschitz respondere dignata est, quod hanc Suae Illustritatis diligentiam et providentiam Regia Vestra Maiestas laudaret et approbaret, clementer mihi iniungens, ut ad praefatas practicas tanquam vigilans diligenter animum adverterem meisque hoc negocium demandarem, ut si quid de hiis scrutarer, illico Regiae Vestrae Maiestati aperirem. Quare non potui non Regiae Vestrae Maiestati pro subdita et fidei mea erga Regiam Vestram Maiestatem coniunctione et observantia haec quantulacumque perscribere.

Reverendissimus in Christo Pater et amicus meus charissimus, Dominus Ioannes Episcopus Colmensis etc.²⁾ qui commoda Regiae Vestrae Maiestatis amplissimae Coronae Regni Poloniae omniumque aliorum eidem incorporatorum dominiorum diligenter promota esse, quantum ego intelligo, cupit, transmisit mihi ante paucos dies novitates et copias litterarum Caesareae Maiestatis³⁾ Orathoris, Magnifici Domini Cornelii Sceperi, ad eum perscriptas. In quibus meum petitum consilium, quod eidem denegare pluribus rationibus, quantumvis etiam exiguum, nolui, quemadmodum Regia Vestra Maiestas ex hiis adiunctis litera A et B notatis⁴⁾, quas eidem ex subdita et debita observantia transmitto, clementer percipiet. Si itaque Regiae Vestrae Maiestati consultum videbitur, quod Episcopus Colmensis aliquid in hoc negocio experiatur, dabit eadem ad praenominatum Episcopum hac de causa literas. Si vero et ego una cum Episcopo Colmensi huic tractationi interesse debeo, nihil supererit, quam Regiam Vestram Maiestatem iubere atque mandare, quod summa cum alacritate suspicere paratus sum.

Praeterea Illustrissimus meus frater, Dominus Georgius Marchio Brandenburgensis, scripsit mihi nunc secundo iisdem de practicis, quemadmodum Regia Vestra Maiestas ex hac copia litera C notata^{b)} intelliget, adiuncto fraterno suo consilio, ut Regiae Vestrae Maiestati quasi ex me vel per literas vel per nuntium aperirem, quod Regia Vestra Maiestas Caesareae et Regiae Romanorum⁴⁾ Maiestatibus hoc totum negocium^{c)} vel per oratorem vel per scripta indicaret, petentes²⁾, has practicas impedire vellent. Nam si haec consilia, quemadmodum Regia Vestra Maiestas intelligit, Ducatum Prussiae una cum aliis attingerent, non posset neque vellet Regia Vestra Maiestas, habita ratione iusticiae, aequitatis et transactionis etc., Prutenos deserere etc.

Et cum certus sim hoc consilium haudquaquam malum et contemendum, quod Regia Vestra Maiestas in meliori forma (prout eadem ex singulari sua prudentia clementer modum statuere potest, ne apud praedictas Caesaream et Regiam Romanorum Maiestates potius timori quam sedulitati, diligentiae prudentiaeque atque providentiae asscribatur) ad Caesaream et Regiam Romanorum Maiestates aut mitteret, aut scribebat, nihilosecius tamen saniori et prudentiori Regiae Vestrae Maiestatis consilio singula relinquo.

Ut autem Regia Vestra Maiestas intelligat me, tanquam obedientem plane, nihil vel mali vel boni, prosperi et adversi, quod ego exploratum habeam, celare, precor, Regia Vestra Maiestas intelligere dignetur, nobilem et fidelem consiliarium meum Georgium Klingenbeck, Capitaneum Mym-

melensem (quem ad Serenissimum atque Illustrissimum Principem et Dominum, Dominum Christiernum electum Regem Daniae etc., ad amicas et benevolas preces eiusdem, ut Suae Regiae Dignitati in praedicto Hamburgensi Conventu assisteret, ablegavi), paucis praeterlapsis diebus ex Schleswig, datis 8 Ianuarii, de variis consiliis et practicis mihi scripsisse. Ad haec praefatam Regiam Dignitatem pecuisse, ut meas naves, quas hoc tempore in numero classis ipsius habeo, necessariis virtualibus munire et providere vellem. Quarum rerum omnium Regiae Vestrae Maiestati in presentiarum litera D et E notatas copias e Germanico in Latinum ideoma translatas mitto^d.

Ex quibus omnibus Regia Vestra Maiestas intelliget, Regiam ipsius Dignitatem, etiamsi pax cum Lubicensibus et eorum confoederatis iniretur, armatam classem in Mari Orientali sive Baltico propter consilia Palatini⁵, quae adiuvantibus Caesarea et Regia Romanorum Maiestatibus una cum Domo Burgundiana exequi conatur, ad tempus conservaturam, quo subitis et inopinatis incursionibus praelibati Palatini, pro ipsius aliorumque circumiacentium Regum et potestatum utilitate et commodo, mature atque armata manu obviam ire queat. Haec volui, tanquam subditus et obediens Princeps, secretius Regiae Vestrae Maiestati indicare, ut si quid haberet Regia Vestra Maiestas, quod arbitraretur ad haec omnia praecavenda et expediunda necessaria esse, diligencius id ipsum exequi mandaret. Regiam Vestram Maiestatem cum Serenissimis Domina Regina consorte⁶, Domino Rege filio et regalibus liberis, Dominis meis clementissimis et consobrinis charissimis, bene valere exopto. Datae e Regio Monte XVIII Februarii anno etc. XXXVI.

Cedula ad Regem Poloniae.

Cum iam obsignasse literas, quibus Regiae Vestrae Maiestati varia consilia perscribo, misit ad me Illustris Princeps et consanguineus meus, Dominus Ioachimus Elector Brandenburgensis etc., necnon et Cancellarius Suae Illustritatis, Doctor Wolfgangus Kettingk, literas, quas cum augere omnia memorata consilia palam et in confessu sit, arbitratus sum operae precium esse et earum copias Regiae Vestrae Maiestati transmittere. Transmitto igitur eas Regiae Vestrae Maiestati litera F notatas^e. Porro copiam literarum Illustris Marchionis Georgii etc. ad Illustrum Electorem Brandenburgensem, de qua in literis Illustris Electoris fit mentio, non transmitto, quia earum tenor de verbo ad verbum concordat cum ea, quam Regiae Vestrae Maiestati litera C notatam transmitto. Datae ut supra in literis.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae XVIII Februarii.

- a) *in margine alia manu:* A quere fol. abhinc 3.
b) *in margine alia manu:* C quere folio abhinc 10. E quere folio abhinc 14.
c) *sequitur expunctum:* pe
d) *in margine alia manu:* D quere folio abhinc 10. E quere folio abhinc 14.
e) *in margine alia manu:* F quere folio abhinc 16.
- z) *sic in ms.*
1) *Christianus III.*
2) *Ioannes Dantiscus.*
3) *Carolus V.*
4) *Ferdinandus I.*
5) *Fridericus, comes palatinus Rheni.*
6) *Bona.*

Annexum I (ff. 22-24):

Copia literarum Episcopi Culmensis etc.¹⁾ ad Illustrissimum Principem Ducem Prussiae etc. litera A notata.
Illustrissime Princeps, Domine et Amice nobis charissime.

Obsequia nostra et animum inserviendi promptissimum.

Ultima Decembris proxime praeteriti ablegavimus hinc cum certis quibusdam negotiis nostris atque commissis ad Illustritatem Vestram fratrem hunc nostrum germanum. Quae quidem commissa ipse in Illustratis Vestrae absentia apud eiusdem Thesaurarium in scriptis reliquit. Itaque posteaquam intelleximus Illustritatem Vestram salvam ac incolumem in Regium Montem domum rediisse, ablegavimus eundem iam iterum ad Illustritatem Vestram atque illi copiam literarum una tradidimus, quas amicus noster percharus Cornelius Sceperus, Caesareae Maiestatis²⁾ Consiliarius, ex Bruxella VI Decembris nuper praeteriti ad nos scripsit, ex qua copia non parum Illustritas Vestra negocia omnia Regni Daniae cognoscet atque intelliget, praesertim autem quanto studio et labore Illustrissimus Princeps Dominus Fridericus Palatinus Rheni, Bavariae Dux etc., (propter coniugem suam ac ipsius sororem, quae ex Daniae Regno tanquam Regis filiae pro dote, quae merito illis debetur, nihil hactenus accepérunt) ius suum, quod ipse praetendit habere, quaerat, quemadmodum etiam ex prioribus copiis literarum Domini Cornelii Illustritas Vestra percepit, qui nos summis hortatur precibus, quo in componendo hoc negocio nostras quoque vices interponere vellemus.

Quam ob rem amice rogamus, Illustritas Vestra velit hanc copiam diligenter legere ac bene secum animo perpendere ac pro alta hac sua et innata ducali sapientia ad animum revocare. Ad proximiores literas dedimus illi pro mediocri nostro iudicio responsum, in hac permanentes sentencia, quod filiae, vivente adhunc^{a)} patre, nullum ius ad Regnum Daniae, quod liberam electionem habet, quemadmodum alia libera Regna, habere queant. Ad posteriores illas et ultimas has suas literas nihil illi in praesentia respondere voluimus^{b)}, dum indicat se pro impetranda pace componendoque negocio apud Ducem Fridericum Palatinum Rheni aliquid ponderis habere ipsiusque animum flectere posse, donec Illustritatis Vestra voluntatem hac in re atque consilium cognosceremus.

Quidquid ergo Illustritas Vestra nunc voluerit, quod per nos illi in Regiae Dignitatis Daniae³⁾ commodum responderi debet, cupimus per Illustritatem Vestram plane certificari, praebebimus nos, ut antea semper, in eo diligentes atque studiosos. Si ullo modo, caussa iusta aliqua pensione, aut alias amice componi posset, profecto satius esset multo atque melius istud, quam si novum aliquod bellum exinde et, ut dicitur, aliud ex alio malum oriretur, quemadmodum haec omnia germanus hic frater noster (cui nostro nomine fidem adhibere Illustritas Vestra dignetur) clarius et copiosius indicabit. Datae ex arce nostra Lebau⁴⁾ I Februarii anno etc.

XXXVI.

a) *in ms. ad*

2) *Carolus V.*

b) *in ms. noluimus*

3) *Christianus III.*

1) *Ioannes Dantiscus.*

4) *Lubawa (Löbau).*

Annexum II (ff. 24-34):

Responsio Illustrissimi Principis et Domini, Domini Alberti Marchionis Brandenburgensis etc. ad literas Reverendissimi Domini Ioannis Episcopi Colmensis^{a))} et transmissa ab eodem scripta Magnifici Domini Cornelii Scepperi, Consiliari Caesareae Maiestatis etc., litera B notata.

Principio post salutacionis et benevolae oblacionis graciarum actionem indicari debet: Illustrissimum Ducem Prussiae, clementissimum meum

Dominum, ex Reverendae Suae Paternitatis scriptis intellexisse, Reverendam Suam Paternitatem fratrem eius germanum ultima Decembris cum nonnullis instructionibus in negotiis Reverendae Suae Paternitatis, quam per Dominum Magistrum Camerae, cum abesset eo tempore Sua Illustritas, ad Illustritatem Suam deferri voluisse, ablegasse etc. Non dubitaret autem Illustritas Sua Reverendam Suam Paternitatem ex literis Illustritatis Suae, quas statim, ubi domum reversa erat, ad eandem dederat, intellexisse Illustritatem Suam a praefato suo Magistro Camerae instructionem et scripta accepisse. Et cum Illustritas Sua nonnullis suis consiliariis haec negotia iam dudum expediunda demandasset, peteret Reverendam Suam Paternitatem, velit eandem hoc tempore penes se excusatam habere et accipere, quod eadem in praesenciarum ad singulos articulos illius instructionis non responderet. Nam et pluralitas negotiorum nimiaque celeritas et festinatio, quominus responderetur, impedimento esset.

Porro quia Illustritas Sua videret Reverendam Suam Paternitatem finem negotiis illis imponi cupere, Illustritas autem Sua domi se non contineret, sed in venatione, careretque transmissa instructione, peteret Illustritas Sua, Reverenda Sua Paternitas velit aequo animo parvulam illam moram et dilationem accipere.

Nam quamprimum Illustritas Sua Regium Montem ventura esset (quo mirum in modum festinaret), vellet eadem praefatam instructionem recolere atque videre, et si quid esset, quod responsum exigeret, esset Illustritas Sua proprio cum nuncio missura. Deinde scribebat Reverenda Sua Paternitas, ubi eadem perceperisset Illustritatem Suam Regiomontem se receperisse, voluisse nunc secundo praefatum germanum eius fratrem ad Illustritatem Suam ablegare, transmittentes²⁾ copiam literarum, quas Magnificus Dominus Cornelius Sceperus, Romanorum Caesareae Maiestatis Consiliarius, ex Brusel datis 6 Decembris ad Reverendam Suam Paternitatem perscripsisset. Ageret autem cum primis Illustritas Sua Reverendae Suae Paternitati immensas pro amica illa transmissione novitatum.

Et cum animus Reverendae Suae Paternitatis erga noviter electam Regiam Dignitatem in Dacia²⁾, Suae Illustritatis Dominum sororium et fratrem, tum erga Illustritatis Suae personam eiusdemque dominia et subditos, amicus et benevolus ex hiis clareret, non posset Illustritas Sua aliquo pacto praetermittere, quin hunc benevolum et amicum animum praefatae Regiae Dignitati, quemadmodum et antea factum esset, suo tempore indicaret, minime addubitantes, Regia ipsius Dignitas esset haec omnia clementer compensatura. Id quod et Illustritas Sua amice promereri sedulo conatura esset.

Intellixisset tertio Illustritas Sua ex transmissis illis scriptis, quod ad negotia Regni Dacie pertinet, quo studio quaque diligentia et arte Illustrissimus Princeps et Dominus, Dominus Fridericus Palatinus Rheni etc., ius filiae Christierni olim Regis, consortis ipsius, ad praefata Regna investiget etc. Quare praefatus Cornelius Reverendam Suam Paternitatem pro firmando et statuenda pace et dote, ut diligentiam adhiberet, vehementer adhortaretur^{b)}. Quapropter poteret Reverenda Sua Paternitas, Illustritas Sua dignaretur scriptum Domini Cornelii diligenter legere, releggere et ad animum revocare una cum responsione, quam Reverenda Sua Paternitas praefato Cornelio ad alias suas literas non inepte suo iudicio dedisset, quemadmodum literae Suae Reverendae Paternitatis lacius testantur.

Ad haec responderet Illustritas Sua eandem hoc et aliud scriptum non sine magna animadvententia vidisse, legisse et intellexisse, admittit retque, quod Illustris Palatinus Rheni consortis ipsius iura ratione constituta dotis urgeret, aliquo modo iure fieri, si modo hoc pacto id ipsum fieret, quo huiuscemodi et similes caussae iure peti et exequi dearent. Illustritas Sua arbitraretur responsum Suae Reverendae Paternitatis, quod iam antea Cornelio didisset²⁾, oportunum. Neque vero esset iniustum ea filia dari, quae tanquam femineam personam, vivente adhuc parente, de bonis paternis habere debere iura disponunt²⁾. Illustritas enim Sua vellet et haec, quemadmodum Reverenda Sua Paternitas scripsit, addere filiam in Regno Daniae, cum haereditarium non sit et filia particeps feudi esse non^{c)} possit, parum iuris ad talia Regna habere et praetendere posse.

Quod autem Reverenda Sua Paternitas ad has literas Domini Cornelii respondere nollet, propterea quod Cornelius scribebat se facile recepturum Illustrum Duxem Fridericum ad aequas condiciones pertrahere et a bello eciam averttere, nisi prius eadem Illustritatis Suae sententiam et opinionem didicisset, adjuncta petitione Reverendae Suae Paternitatis revelare vellet, quid eadem pro commodo Regiae Dignitatis respondere deberet, attendentes Reverendam Sua Paternitatem hactenus semper officiosam fuisse. Nam si tota illa tractatio iusta aliqua pensione, aut etiam alias, amicabiliter componi posset, esset commodius id ipsum accipere, quam novas expectare tragedias etc.

Non dubitaret Illustritas Sua (quemadmodum eadem saepissime Reverendam Sua Paternitatem affectam esse vidisset) eandem intelligere, quod munus eidem et cuilibet episcopo ratione officii conveniat, id quod et literae Domini Cornelii aliquo modo assererent, et Illustritatem Sua hactenus semper pacem maluisse et a Deo pecuisse, quam bella et sanguinis effusionem, denique nedum Regiae Dignitati, sed et saepe dicto Domino Palatino, amico et consanguineo suo, Illustritatem Sua serviendo desiderio teneri. Quare non posset Illustritas Sua ineptias suas Reverendae Suae Paternitati (quamvis Illustritas Sua certo sciret Reverendam Sua Paternitatem etiam sine Suae Illustritatis consilio, quid in hoc negocio faciendum sit, statuisse) denegare vel maxime propterea, quod id ipsum Reverenda Sua Paternitas constanter peteret. Illustritas autem Sua amice eidem inservire cuperet. Nollet itaque Illustritas Sua (etiamsi eadem non dubitaret Reverendam Sua Paternitatem haec omnia Regi Poloniae, Domino et avunculo suo clementissimo, indicasse consiliumque a Sua Maiestate petiisse) Reverendam Sua Paternitatem celare, Illustritatem Sua arbitrari, quod Reverenda Sua Paternitas in hanc sententiam Domino Cornelio responderet, Reverendam Sua Paternitatem amicas et secretissimas ipsius literas diligenter legisse et ponderasse et tanquam Episcopum, qui ratione sui muneric mallet pacem quam bella, easdem accuratius in animo volvisse. Posteaquam autem Reverenda Sua Paternitas Illustrissimo Domino Palatino libenter commodaret, similiter vero Regi Daciae, et patriae pacem cuperet, ad quam conservandam summo conatu adiuvaret, Cornelius autem scribebat minime clam esse Reverendae Suae Paternitati et alios navibus, pecunia et milite partes Holsatiae^{d)} aluisse, quare non admodum magnas gracias apud Palatinos meriti essent etc., quemadmodum haec copiosius in literis etc.

Cogeretur Reverenda Sua Paternitas admittere in variis et peregrinis locis varia et non undequaque vera dici atque indicari. Verum quod

Dominus Cornelius negocium intelligeret, id ipsum undique excusaret et Serenissimum Regem Sigismundum incredibili prudentia praedicaret etc., faceret Sua Magnificentia rem plane se dignam dixissetque id, quod res est. An autem Illustris Princeps Borussiae Dux ex hiis aut eciam aliis caassis Regi Daniae, tanquam Suae Illustritatis consanguineo, sororio et fratri, opem et auxilium ex innata et alias inita necessitudine tulisset, non esset vitio vertendum.

Posteaquan autem in principio literarum Domini Cornelii legitur Danos, Holsatas et Lubicenses sibi metuentes, ad Illustrem Ducem Palatinum Rheni³⁾ respicere, et ob id brevi essent orathores suos ibidem habituri, et quod Romanorum Caesarea Maiestas⁴⁾ Principem tam bene meritum de Romano Imperio et cui neptum suum credidisset, in suo iure nequaquam esset ope et auxilio derelictura. Et ut Reverenda Sua Paternitas intelligeret, quo in statu res essent, et vicinis suis habita occasione referre queat. Verum esset, quod tractatus factus esset inter Caesarem et Ducem Holsatiae⁵⁾ etc. Serenissima Regina Maria⁶⁾ etc. obtulisset se mediaticem ad componenda dissidia parcium, recusasset autem Dux Holsatiae, Caesar ex Aphrica et Sicilia scripsisset, darent operam, ut amice componerentur omnia, quam recusaret alter voluntariam oblationem, quid superesset, nisi ut alter experiatur, quid aequitate caussae, amicis, opibus et favore possit.

Quid enim magis indignum, quam duas Regis Danorum filias ita nudas esse electas, ipsarum patrimonium detineri, neque velle ad aliqua pacis media intendere cum aliis de parente etc. Quae omnia Reverenda Sua Paternitas repetere nollet. Quapropter ipse Dominus Cornelius admoneretur, ut pacem procuraret, atque hanc hiis mediis Reverenda Sua Paternitas esset vicinam²⁾ Principi potenti et affinitate coniuncto Illustrissimo Christierno, qui se vocaret Regem Danorum. Neque esse inconsultum, suaderetur, ut tuta et certa in mediocritate praeferreret summis et incertis etc., nondum esset principium malorum, quae innumerent ex hac causa, nisi tempore occurratur, neque fieri alio pacto posse nisi per bonos viros. Item quod Dominus Cornelius facile in se recipere illud Ducem Fridericum ad aequas conditiones protrahere et a bello avertere, si quis modo esset, qui adversum ipsius partem eadem promoveret. Ea esset via, per quam nonnulli sibi Caesareae Maiestatis gratiam et Imperii favorem consequi possent, vix unquam alias securitatem sibi aut liberis suis paraturi. Haec Dominus Cornelius Reverendae Suae Paternitati amice et sub fiducia scripsisset, nam omittere non posset, quin de bonis rebus per literas cum Reverenda Sua Paternitate ageret, adiuncta petizione, ut scriberet ad praefatum Cornelium, quid spei haberet de hoc negocio, neque esset pratermissurus pacem suadere, quoad honesta ea haber poterit etc. Reverenda Sua Paternitas ageret imprimis Domino Cornelio amice gracias laudaretque Deum, quod eadem cum Sua Magnificentia de hiis negotiis commentari possit. Et cum de facto tractatu, quod scilicet ille hic apud nos aliter praedicetur etc., item de Serenissima Regina Maria, quod se mediaticem obtulisset, et Caesarea Maiestas tam benemeritum Principem adiutura esset etc. scribitur, non dubitaret Reverenda Sua Paternitas Caesaream Maiestatem in omnibus illis initas transactiones, passim apud nos notas, consideraturam et ita ope et auxilio, tanquam prudentissimus et iustus Caesar, adfuturam, quo aliis quam plurimis occasio paebeatur pocius eandem postulandi, quam abominandi.

Posteaquam autem peteretur Reverenda Sua Paternitas, operam adhibere velit, si quo pacto amice negotium componi posset, data adhuc tractatum^c via et modo, quam Sua Paternitas laudaret, non potuisset Reverenda Sua Paternitas praetermittere hanc Domini Cornelii opinionem Illustrissimo Principi Prussiae (a quo Reverenda Sua Paternitas semper intellexisset, quod magno tenetur desiderio Duci Friderico amice inserviendi, quo Illustritas Sua talia media indagaret, quibus noviter electa Regia Dignitas et Dominus Palatinus amice per amicabilem tractationem componi possint) indicare et revelare. Quare transmisisset Sua Illustritas exemplar literarum, quid scilicet Palatinus ad Regiam Dignitatem scripsisset et quid eadem ad illius literas responderit, quarum tenorem Reverenda Sua Paternitas Domino Cornelio transmitteret. Cum itaque ex hiis appareat voluntas Regiae Dignitatis, et quod Regia ipsius Dignitas Romanorum Caesareae et Regiae Maiestatis, aliorum minime suspectorum Electorum et Principum sententiam ferre posset, consensisset Illustrissimus Princeps Prussiae proprium nuntium hiis de causis ad Regiam ipsius Dignitatem mittere et Regiae ipsius Dignitati quasi ex proprio motu indicare, Illustratam Suam invitam plane et magna animi cum molestia percipere, si praefatus Dominus Palatinus Rheni ratione putativi iuris consortis ipsius cum Regia ipsius Dignitate ad aliquas, haudquaquam amicas, tractationes venire deberet, annexa amicabili petitione. Posteaquam et Regia ipsius Dignitas et Dux Fridericus Illustrati Suae sanguine et affinitate iuncti essent, eadem Regia ipsius Maiestas vellet admittere, ut Illustritas Sua in hoc negocio amicabilem susciperet et tentaret tractacionem. Vellit enim Illustritas Sua eas operas adiuvante Deo adhibere, ut si Illustritas Sua huic negocio satis esse per se non possit, saltem alii Principes et Domini, qui utiles essent huic negocio, adessent. In quo tractatio^d polliceretur Illustritas Sua Duci Friderico hanc diligentiam, ut maiorem et diligentiem in rebus propriis adhibere non posset. Hoc autem peteret Illustritas Sua, Reverendus Episcopus Colmensis velit talia media quaerere et a Duce Friderico indagare, ut si amicabilem tractacionem Regia ipsius Dignitas admiserit, ne penitus vacui ad tractacionem venirent, sed talia media voluntate Ducis Friderici proponerentur, ut si Regia ipsius Dignitas unam viam accipere nollet, mediatores possent facile de una ad aliam transire nihilque intentatum relinquere, ne tota actio sine fructu ac commodo dilaberetur^e, et quod fiducia in Reverenda Sua Paternitate in hoc negocio poneretur, vellit enim Illustritas Sua neque laboribus neque sumptibus parcere. Ita tamen, quod sub illo tempore, dum hoc negotium Regiae Dignitati indicatur, eius mens et voluntas indagatur, per praefatum Dominum Palatinum nihil tale tentetur, quod amicitiam irritam facere posset. Nam si id fieret, posset totam tractationem aliquo modo impedire adversamque partem ad maiorem defensionem urgere.

Scriberet praeterea Dominus Cornelius ad hanc tractationem viam esse posse, per quam nonnulli sibi Caesareae Maiestatis graciam et Imperii favorem consequi possent. Vellit autem saepedictus graciosus meus Dominus Dominus Episcopus Colmensis nominatum Cornelium admonere, ut laboraret, quatenus hiis voluntariis oblationibus pro huiuscmodi serviciis a Caesarea et Regia Romanorum Maiestate Imperio et Palatino, quemadmodum scripsisset, satis fieret. Nam quemadmodum Dominus Cornelius suaderet pacem, et quod temperantia in victoria summe opus esset paucique essent, qui victoria scivere sequi etc., pedi-

bus sane iret Reverenda Sua Paternitas in sententiam Cornelii laudaretque pacem, petens et suadens, ut hiis suis consiliis et scriptis sequi vellet, ne aliqui haudquaquam per amicabiles tractationes et actiones ea quaerant, quae amicabiliter absque aliquo tumultu citius quam alias adipisci possunt, aliisque vicissim ad alia compellantur. Atque hiis vellet Illustritas Sua, quod attinet ad statum caussae, Reverendae Suae Paternitati non solum respondisse, sed etiam Suae Illustritatis pueriles ineptias aperuisse, relinquentis nimirum singula saniori et prudentiori Reverendae Suae Paternitatis consilio et meliorationi, quo pax et concordia iniri et conservari possit.

Quod autem attinet ad ea, quod saepedictus Cornelius scribit de inito et facto tractatu inter Caesaream Maiestatem, Domum Burgundianam et Ducem Holsatiae, et quod Serenissima Regina Maria media-tricem se obtulisset et electa Regia Dignitas noluisset eandem accipere etc., mitteret Illustritas Sua Reverendae Suae Paternitati secretius sententiam omnium illorum tractatum, quantum potuit angustia temporis ferre et Illustritas Sua in memoria retineret. Nam literae non potuissent tam cito quaeri etc^{a)} inveniri. Nempe Illustritas Sua per fide dignum virum et qui coram praesens eo tempore, quo huiuscemodi tractatus ini-rentur, fuisset, accepisse. Quod tractatus ille claris verbis exprimeret, si Regnum Dacie aut Holsatia bello molestaretur, quae auxilia Caesarea Maiestas ratione Domus Burgundiana cuilibet parti mittere deberet et vicissim. Item Caesarea Maiestas ferre posset, [ut] Serenissimi Regis Friderici piae memoriae filius unus in Regem Dacie eligeretur accepta-turque. Item Caesarea ipsius Maiestas ad annum stipendum noviter electae Regiae Dignitatis eo tempore Duci Holsatiae quattuor milia florenorum promisisset. Et si ille in Regem Dacie eligeretur, quod fra-ter eius senior huiuscemodi nominatum stipendum quottannis habere et accipere deberet. Ad haec transmitteret Illustritas Sua Reverendae Suae Paternitati copias literarum Ducis Friderici et Serenissimae Regi-nae Mariae ad Regiam Dignitatem scriptas, similiter quid Regia ipsius Dignitas cuilibet parti responderit. Ex quibus Reverenda Sua Paternitas intelligeret, quid iam antea factum esset. Haec voluisset Illustritas Sua Reverendae Suae Paternitati, cui amice semper inservire cuperet, ad scripta sua respondisse etc. Datae.

- | | |
|---|--|
| a) <i>in ms. Colmensi</i> | <i>z) sic in ms.</i> |
| b) <i>in ms. adhorteretur</i> | <i>1) Ioannes Dantiscus.</i> |
| c) <i>sequitur expunctum: non</i> | <i>2) Christianus III.</i> |
| d) <i>in ms. Holsatae</i> | <i>3) Fridericus.</i> |
| e) <i>in ms. tractatum</i> | <i>4) Carolus V.</i> |
| f) <i>in margine pro expuncto in textu: laba-tuaretur</i> | <i>5) Christianus III.</i> |
| g) <i>sequitur expunctum: non</i> | <i>6) regina Hungariae, locumtenens in Inferiori Germania.</i> |

Annexum III (ff. 34-37):

Copia literarum Illustrissimi Principis et Domini, Domini Georgii Marchionis Brandenburgensis, littera C notata.

Scripsimus iam dudum Illustritati Vestrae de variis practicis, quas hoc tempore a plurimis fabricari et aliquo modo adversus Illustritatem Vestram esse posse certum est. Iam autem secrecius retulit nobis magna fidei et aestimationis homo, Fridericum Palatinum Rheni servitorem suum, nomine Wolfgang Affenstein, ad Lubicenses in legatione misisse,

opem et auxilium ab eis petens, qui incontinenti petita sunt polliciti. Cum autem ad alias civitates venisset eademque petiisset, noluissernt quidquam in hoc negocio statuere. Verum brevi essent Conventum celebraturi. Quid ibidem essent conclusuri, nosset ille, qui nil ignorat. Ad haec Sacra Caesarea Maiestas pollicita esset Palatino per integros sex menses sex millia, aut per tres menses duodecim millia bonorum militum Suae Maiestatis stipendio alere. Palatinus Rheni bona spe fovetur a nobilibus ex Dania, qui sunt ex parte Lubicensium. Praeterea ferebatur a quibusdam Regnum Daniae non esse haereditarium. Respondebatur: verum quidem, sed si aliquis Regnum armata manu superaret, tum esset haereditarium. Eadem persona rogata est a Palatino, ut eidem ad tres menses serviret. Et esse timendum, ne omnia illa consilia sub principium veris, nisi aliquid, quod plane ignoratur, id ipsum impedit, inchoentur. Porro certo ad nos perfertur servitores Domini Palatini undique apud Comites et Dominos multa agere et sollicitare. Arbitramur autem omne stipendium, ut supra dictum est, a Caesarea Maiestate dari. Palatinus Rheni iussit Nurenbergae aliquod²) multos currus longarum hastarum pro pedestre milite parari, in quorum numero Magister Ordinis Teutonicorum¹⁾ tres currus habet. Haec omnia faciunt indicium non esse penitus de nihilo, quae undique feruntur etc. Datae die Mercurii post Luciae, anno etc. 35.

Cedula

Cum iam clauderemus literas, oblatae sunt nobis literae Georgii Vogelers, quas Illustrati Vestrae transmittimus. Quapropter videtur nobis consultum, Illustritas Vestra indicaret haec et alia eiuscmodi consilia secretius Regi Christiano, quae scilicet undique dicantur, Palatinum Rheni sub principium veris fortassis aliquid conaturum. Si itaque ea omnia evenirent, quid Illustritas Vestra spei de Sua Regia Dignitate sibi concipere debeat. Indagaret procul dubio hiis et similibus alia et^a) maiora. Neque esset inconsultum, quod Regiae Suae Dignitati Illustritas Vestra consuleret, quod Regia Sua Dignitas haec et alia quotidie sese apertius aperientia consilia Caesareae et Regiae Romanorum Maiestatis revelaret et summa diligentia easdem rogaret, clementer huic causae adesse velint, quo nemo de suo iure, nisi iusta praecedente examinatione et diiudicatione, deiciatur. Quae si accipi noluerint, cogeretur plane Regia Sua Dignitas opem et auxilium, ubicumque posset, quaerere et petere taliaque conari, quae res ipsa exigeret postularetque.

Posset praeterea Regia Sua Dignitas in hiis suis scriptis indicare, si qui essent, qui aliquid ius se contra eandem habere arbitrarentur, vellentque id ipsum exequi, vellet Regia Sua Dignitas coram omnibus Electoribus, Principibus et Ordinibus Regni, aut etiam coram Electore Saxoniae²⁾ et Landgravio Hassiae³⁾, finaliter et sine aliqua contradictione amicabilem aut etiam iudicariam tractationem lubens cum eo suspicere.

Postremo quod Illustritas Vestra, quasi ex proprio motu, Regem Poloniae, quemadmodum et antea scripsimus, vel per nuncium vel per literas interpellaret, quatenus Regia Sua Maiestas in hoc negocio ad Romanorum Caesaream et Regiam Maiestates scribere dignaretur, quo talia consilia impedirent protraherenturque. Nam si haec consilia, de quibus vulgo fertur, contra Prussiam inita et conclusa essent, non posset non Regia Sua Maiestas, habita ratione aequitatis, iusticiae et transactionis, Prussiam defendere, quemadmodum Illustritas Vestra hiis omni-

bus modum facere commodius poterit. Haec contemni vel hac de causa non debent, quia certo comperimus, si Fridericus Palatinus Rheni Regna Daniae adeptus fuerit, eundem conaturum unum ex fratribus suis, Ducem Wolfgangum, in Prussiam pro Magistro Ordinis Teutonicorum statuere etc.

a) *supra lineam.*

2) *Ioannes Fridericus.*

1) *Valterus a Cronberg.*

3) *Philippus.*

Annexum IV (ff. 37-38):

Ex literis Georgii Voglers, datis 14 Decembris, anno etc. 35, ad Illustrissimum Principem, Dominum Albertum Marchionem Brandenburgensem.

Intellexi a fide dignis personis, qui^{a)} Illustrissimae Vestrae Dominationi quam optime consultum cupiunt, attamen quia adversae parti pro prius^{b)} habitant et adsunt, nolunt nomina eorum nota^{c)} esse. Certissimum esse consilium illud, quod Dux Fridericus Palatinus etc., gener expulsi Regis Christierni, praenominatum suum sacerum, adiuvante Romanorum Caesarea et Regia Maiestate¹⁾, et Magistro Ordinis Teutonicorum, e captivitate liberare, se ipsum pro Rege Danorum statuere et Ordinem Teutonicum in Prussiam contra Illustrissimam Dominationem Vestram restituere velit, et haec^{d)} dixit non minimus Princeps Germaniae cuidam magnae existimationis nobili, qui mihi eadem postea secretius revelavit. Existimant aliqui, si Dux Mediolani²⁾ hoc tempore mortuus non esset et hac de caussa Romanorum Imperator incursions Regis Gallorum³⁾ in Ducatum Mediolanensem metueret, quod hoc futuro tempore veris maxima copiae in Regna Daciae ducerentur. Quare arbitrantur non nulli, qui Illustrissimae Vestrae Dominationi benevolunt, et ego, haec omnia contemni non debere. Et quod ante omnia Illustrissima Vestra Dominatio finaliter et certo intelligat, quid Regia Maiestas et Ordines amplissimae Coronae Regni Poloniae apud Illustrissimam Dominationem Vestram sint acturi etc. Potremo percepi magni nominis Capitaneum ex Datia hiisce diebus per Norenbergam versus Inferiorem Germaniam profectum esse. Verum non possum scrutari, quae sit eius tractatio et actio etc.

a) *error pro: quae*

1) *Carolus V et Ferdinandus I.*

b) *in ms. proprius*

2) *Franciscus II Sforzia.*

c) *in ms. nato*

3) *Franciscus I.*

d) *sequitur expunctum: non*

Annexum V (ff. 38-45):

Copia literarum et novitatum, quas nobis noster consiliarius et servitor Georgius Klingenbeck, prout in literis indicavimus, transmisit. Litera D notata.

Illustrissimam Vestram Dominationem latere nolo, posteaquam Illustrissimae Vestrae Dominationi prorogationem Dietae Hamburgensis perscripsisset, contigit, ut eadem Dieta a proxime praeterlapsis feriis Nativitatis Christi in octavam Trium Regum statueretur vel hac de caussa, quod nuncius et legatus Lubicensium, quantumvis salvum haberet conductum, in Copenhagen detineretur, qui tum post adpulit, ita quod Lubicensibus citra fidei et fidelitatis iacturam sine aliorum praesentia et responsione agere difficile erat, praetendentes apud Illustrissimum

Ducem Luneburgensem¹⁾, Dominum meum gratiosissimum, magnas excusationes, adnexa petione, quatenus diem prorogare dignaretur. Nam periculum est, cum antiqui Lubicensium Senatores, qui omnino, aut magna saltem ex parte, existimantur partes Burgundiae fovere, restituti sint, ne pars caesareana eorum ope et auxilio in mari Baltico aut Orientali magna et potens brevi esse possit. Id quod non solum amplissimae Coronae Regni Poloniae, sed et in omnibus aliis circumiacentibus civitatibus maritimis, quas vocant Hansehe, Regnis et dominiis, communibus, ordinibus et civitatibus non minus parum multa gravamina et variis cogitationes ad animum revocare potest.

Augere autem potest suspicionem profectio et legatio Consulis ex Copenhagen, Ambrosii Buchbinder, et Ottonis Stichsen nobilis ex Dania, Comitis de Oldenburg Capitanei, ad curiam Burgudianam²⁾, ad quae omnia Ordo Teutonicus in Livonia graviter et re et consilio opem fert. Consideratur itaque aliquos circumiacentes Principes, potestates et ordines, quid haec omnia secum adferant et in quem haec faba cudentur, persentire.

Caesaream Maiestatem²⁾ futura aestate recta per Italiam in Germaniam venturam vulgo fertur. Cuius consilia bona et mala tempus revealabit. Certo hic dicitur Caesaream Maiestatem Hispanos, Italos et Germanos superiores exercituum duces et Capitaneos in Germaniam designasse, omnemque exercitum Germanorum militum in quattuor partes et potestates, optima et validissima bene provisum munitione bellica, ad bellum contra Ducem Geldriae³⁾, Regnum Daciae et Suetiae etc. ordinasse et conscripsisse. Quorsum autem haec omnia tendant, quive sub hiis existimentur et cum quo bellica illa actio finiri possit, opus non esse reor scienti intelligentique narrare et explicare.

Ut autem hiis atque aliis similibus obviam eatur, habita est a magnis et parvis ordinibus, superioribus diebus congregatis, magna, longa et varia consultatio, tractatio et actio, diligenterque cum Lubicensibus, prout necessitas exigit, ea de re tractatum est, quo bona pax et concordia citius et firmius ineatur et contrahatur. Ex qua bona spes est, civitates, quas vocant Hansehe et alias, ope et auxilio adfuturas, quo vis et incursio partis adversae fortius et tucius arceatur propellaturque. Et cum pro certo non a minimi Ducis exploratore secretius exploratum sit, Caesaream Maiestatem statim post ferias Nativitatis Christi de Liga illa Italica, octo Capitaneos cum omni militia et militari munitione versus Inferiorem Germaniam et octo Capitaneos cum triginta, ut vocant, vexillis Germanorum militum et decem et octo magnis bombardis, quas Augustae absque omni mora diu noctuque fabricaria^{a)}, quo iidem milites Germani eadem bellica tormenta accipere et uti possint, mandatum est, ordinasse et conscribi demandasse, ad debellanda scilicet praefata Regna et Palatinum Rheni in Regnum Daniae pro Rege statuendi Maiestatique Suae hoc pacto in mari Baltico sive Orientali pedem firmandi. Posset esse Caesaream Maiestatem ad haec tentanda hiis inductam: nempe facile Regna, ditiones et dominia hoc tempore superari posse, utpote Daciam, Suetiam, Norwegiam et Holsatiam etc., quibus superatis, Dominus maris Baltici et Orientalis, non secus atque Occidentalis futurus esset Ordinemque Teutonicum in Prussia restitueret etc.

Consequentiam autem harum rerum omnium prudentioribus investigandi relinquo. Quare summe necessarium esse arbitror circumiacentes Reges, potestates et Dominos singula bene perpendere et praecogitare

debere, quorsum haec tota actio sit evasura etc. Verum Dominus Deus iam dudum quaelibet suo collocavit ordine, in quo et perseverare necesse est, huic committere totum negocium aequum est etc.

In futura Dieta in Hamburg inter Regem Daniae⁴⁾, Lubicenses et eorum confoederatos aderunt Burgundiani, Regis Galliae⁵⁾, Regis Angliae⁶⁾, Electoris Saxoniae⁷⁾, Braunschwitzensis⁸⁾, Landgravii Hassiae⁹⁾ et Luneburgensis et aliorum multorum Dominorum et civitatum, partim cum pleno mandato legati et oratores, partim vero in propria persona, suntque tractaturi de pace, quam Regia Dignitas, si modo tollerabilibus conditionibus composita fuerit, acceptura est. Consiliarii et oratores Electoris Saxoniae et Landgravii Hassiae iam sunt in Czell, qui de conditionibus pacis consultant, graviora et maiora huius totae^{a)} tractationis bene perpendunt, quo in conventu et citius et celebrius res componatur. Nam ferrum iam calet, quare summe opus habet fabricatore. Esse enim dissidium aliquod inter Lubicenses et Coppenhagenses certo asseritur, et est possibile praefatam illam legationem in aulam Burgundianam non nihil in causa esse. Et quamvis aliqui in Lubeca caesareanis optime consultum cupiant, credo tamen neque Lubicensibus, neque aliis civitatibus, quas vocant Hansehe, neque etiam aliis circumiacentibus Regnis et dominiis hunc Burgundiensem^{b)} conatum in mari Baltico sive Orientali aliquo modo placere aut commodo esse.

Lubicenses scripserunt Duci Lunenburgensi, sive veniant Dux Mecklenburgensis¹⁰⁾ et Comes sive non, nihilosecius volunt statuto et prorogato die pleno cum mandato comparere. Cum aliis civitatibus similiter agunt, quo sequi vellent Lubicenses, enumerando a Dominis et bonis amicis certo eosdem comperisse mediatores sive amicabiles compositores totae huic causae optime consultum velle et cupere.

Anteaquam obsignarem has literas, venit ad me magnae existimationis et fidei vir, enumerans Illustrissimum Ducem Henricum Branschwicensem, Dominum meum gratiosissimum, hic habuisse nunctium, qui et datis habuit audientiam et in consessu consiliariorum pauca generalia retulerit. Verum post cum Regia Dignitate, semotis omnibus aliis, multa contulerit, indicans Ducem Henricum in propria persona fuisse apud Wollenweber¹¹⁾ in Rotenburg, qui in profesto Nativitatis Christi quaestionibus et torturis subiectus, miranda et stupenda confessus esset, adeo ut praenominatus Dux Henricus abiens a^{c)} praefato^{d)} Wollenweber, mirandi et demirandi finem facere non potuisset, dicendo: nunquam me hercle potuisse adduci, ut crederem tanta et talia in hoc homine mala et perversa consilia fuisse etc. Quid rei autem sit, nondum liquet, et hac de causa misisset nunctium ad Regiam Dignitatem rogans, quatenus Regia Sua Dignitas ad Albim (id quod alias proficiscendo ad Dietam fieri necesse est) ad locum mihi penitus ignotum, ubi coram multa de negocio dicti Wollenwebers et aliis conferre vellent, venire dignaretur etc.

Dux Henricus Branschwicensis statim, ubi audierat dicta praelibati Wollenweber, posta ad Landgravium Hassiae profectus est, hac potissimum de confessione. Ex quibus facile appareat talia consilia in opere fuisse et adhuc esse, quae Regibus, Electoribus, Principibus et aliis Dominis multa minarentur; insuper per quem et quorum ope et opera, singula expediri deberent etc. Quae omnia sine dubio Reges, Electores, Principes, Dominos et vicinos in unum cogent, ut pari ope et auxilio

consiliis et practicis illis resistant. Si quid imposterum scrutatus fuero, curabo Illustrissimam Vestram Dominationem certiore fieri etc.

Dominus Berhardus²⁾ a Milen dixit mihi inter caetera, saepedictum Wollenweber iam dudum in Lubeca pessimum pre manibus habuisse consilium. Hoc nempe conclusisset cum suae farinae hominibus: omnem militem extra civitatem in campum ducere eosque ibidem relinquere et cum congregatis civibus aliqua agere. Haec autem fuisse tota tractatio, quod primum in aedes civis nomine Brembs et aliorum relegatorum irruere et omnia, quae potuissent, diripere et in publicum forum coram collocare, furcam, rotam et alia in eodem loco erigere, magnum vas impletum aqua iuxta ordinare voluisse, ut si qui essent, qui omnem eorum substantiam statim et incontinenti non conferrent, paterentur que Sacrum Baptisma reyterari, ultimo supplicio iam iam vitam finirent. Hoc pacto voluit sequi Monasterienses. Consilium autem, de quo iam dixi, intellexit Dominus Bernhardus a Milen hac via.

Quidam integerrimus praelibati Wollenwebers consiliarius venit circiter secundam horam noctis ad hospitium et in cubile Domini Bernhardi, coepitque eidem secrecius revelare consilium, amice rogans, ut huic totae actioni et tragediae remedium quaereret. Quod ubi intellexisset, ivit statim Dominus Bernhardus ad iam demortuum Comitem Iohannem de Hoyge, enumerando totam causam, et concluserunt nullum militem debere extra civitatem proficisci, imo vellent adiuvantibus militibus stipendiariis conatum dicti Wollenwebers impedire. Wollenweber voluit iam deliberatam et conclusam caussam ad effectum deducere militesque signo dato in locum, nominatum Clingenberg, convenire, ut postea extra civitatem exirent et portas civitatis^{c)} forte clauderet, ne redire in civitatem possent. Verum Dominus Bernhardus iam ante convenerat cum Capitaneis, qui polliciti erant nullo modo extra civitatem militem proficisci debere. Cum autem Wollenweber cum civibus in uno atque altero cimithorio congregati essent, existimantes omnia alia procul dubio cum militibus acta esse, quo commodius extremam manum consilio addere potuisset, venit illi et civibus obviam Barnhardus²⁾ a Milem²⁾ cum militibus. Quos ubi videret Wollenweber, cepit in hanc sententiam verba facere: Optimi cives, ite nunc domum, nimium tardavimus, ubi in posterum vos vocavero, videte ut adsitis. Atque ita nihil effecit etc.

Ex hiis atque aliis facile conjecturam facere licet, quas practicas Wollenweber pre manibus habuerit, et maxime quare Illustrissimus Dux Braunschwicensis posta ad Landgravium Hassiae profectus sit de mirandique finem facere non potuerit etc.

a) *correctum ex: fabricare*

4) *Christianus III.*

b) *sequuntur duae litterae expunctae.*

5) *Franciscus I.*

c) *supra lineam.*

6) *Henricus VIII.*

d) *verbum correctum.*

7) *Ioannes Fridericus.*

e) *in ms. civitates*

8) *Henricus.*

z) *sic in ms.*

9) *Philippus.*

1) *Ernestus.*

10) *Albertus.*

2) *Carolus V.*

11) *Georgius Wullenweber*

3) *Carolus de Egmont.*

Annexum VI (ff. 45-48):

Copia literarum electi Regis Danorum¹⁾ ad Illustrissimum Principem Ducem Prussiae etc., litera E signata.

Nolumus Illustritatem Vestram latere, posteaquam tota nostra bellica actio, ad quam a Lubicensibus et aliis eorum confoederatis, nos plane immeriti et innoxii, compulsi sumus (diis gracia hactenus non sine foeli eventu successerit), a Dominis et amicis nostris ad amicabilem tractationem et compositionem, quae pro futuro festo Purificationis Mariae in Hamburg finaliter inchoari debet, cum adversariis nostris directa est, quod in ea componenda a Dominis et amicis nostris Electoribus, Principibus et aliis ordinibus non parum sudatum sit. Habita consideratione, quod nedum nobis, Regnis, dominiis et adversariis nostris, sed et omnibus circumiacentibus Regnis, dominiis et omnibus civitatibus, quas vocant Hansehe, imo et culibet mercatori, si haec bellica tractatio, prout inchoata est, longius exerceri deberet, incomparabile damnum inde emanare posset. Quare delibera vimus, imo certo et firmiter apud nos statutum habemus, quemadmodum hucusque semper habuimus et noluimus, nos nihil penitus, quod ad bonam vicinitatem et amicitiam conservandam, christianam^{a)} unionem confirmandam atque impediendam christiani sanguinis effusionem faciat, si modo tolerabiles conditiones propositae fuerint, quantumvis etiam pociorem et maiorem partem Regni in nostra potestate habeamus, aliquo pacto praetermissuros. Unde alimur bona spe, sic volente Deo Optimo Maximo, tolerabiles transactiones inter nos, Lubicenses et confoederatas civitates iniri posse, quo quiete Regna Daniae habeamus atque possideamus.

Ut autem res sese habeat, habemus tamen pro exploratissimo amicum et consanguineum nostrum, Illustrissimum Fridericum Palatinum Rheni etc., non parvas hoc tempore fabricare practicas, quibus nos in Regnis nostris, quae sic volentibus diis per iustum electionem accepimus, turbare et expellere seque citra ius et fas intrudere contendit et praesumit. Quae omnia ut facilius expediat apud Romanorum Caesarem²⁾ et Regiam³⁾ Maiestates, Domum Burgundianam nonnullosque alios Electores, Principes et ordines, opem desideret et postulet, tenemus^{b)}. Et quamvis haec omnia, attendentes^{c)} iustum et honestam nostram caussam, admodum timere non possimus, sperantes nimirum omnem vim et incursiōnem cum adiutorio Dei et nostrorum amicorum facile propelli posse, decrevimus tamen nihilominus, cum etiam minima contemni nequaquam debeant, ad omnia et singula diligenter, in quancumque etiam partem totus ille futurus conventus Hamburgensis, vel ad pacem vel ad bellum, ceciderit, animum adversuros omnemque nostram et Illustritatis Vestrae classem bene armatam non solum pro nostra nostrorumque Regnorum, sed et omnium aliorum Regnorum, dominiorum^{d)} et communitatum necessitate et utilitate in mari conservare. Si quid periculosi et adversi, quod minime futurum^{e)} speramus, in mari Baltico seu Orientali Regnis et dominiis nostris contra nos et nostros practicari apparuerit, nos tanquam vigilans Princeps, cum adiutorio Dei et hac bene armata classe et milite, publicam et optimam pacem omnibus circumiacentibus Principibus, Dominis et communi mercatori fortius tueri et defendere vimque arcere atque propellere possimus.

Ad quam bene armandam, quamvis Dominus Deus (cui sit laus et gloria) Regnis et dominiis nostris quaevis ad victum necessaria abunde

largitus sit, est tamen fere impossibile ad principium veris (cum primum scilicet navigari potest) victualia et alia necessaria pro tota classe commode, prout necessitas exigit et expostulat, parari et ordinari posse, quare amicabiliter petimus, Illustritas Vestra dignetur pro nostro, sui ipsius, aliorumque vicinorum commodo et utilitate, suas decem naves, quas in numero nostrae classis habemus, ad tres aut quattuor menses cum omnibus necessariis victualibus providere et huc transmittere seque in hiis minime difficilem exhibere. Id quod iusta cum compensatione, restitucione et solutione et alias pro nostra virili amice promereri diligenter studebimus. Quidquid autem in hoc nostro negocio actum atque tractatum fuerit, curabimus Illustritatem Vestram citius certiorem fieri. Datum Schleswig, die Sabbati post Trium Regum, anno XXXVI.

- | | |
|---|---------------------|
| a) additum in margine. | z) sic in ms. |
| b) sic in ms. error pro: timemus? | 1) Christianus III. |
| c) partim in margine pro expuncto: attentes | 2) Carolus V. |
| d) in ms. Dominorum | 3) Ferdinandus I. |
| e) in ms. futurarum | |

Annexum VII (ff. 48-50):

Copia literarum Regis Danorum¹⁾ ad Illustrissimum Principem Ducem etc. Prussiae scriptarum anno etc. 35.
Obsequia nostra amica et quidquid grati praestare possumus.
Illustris Princeps, Domine, Affinis et Frater nobis charissime.
Accepimus hodie Illustritatis Vestrae literas, undecima Septembbris ex Cracovia ad nos scriptas, una cum adiectis exploratis cognitionibus de Palatino Rheni²⁾ eiusque proposito. Agimus autem primum omnium Illustritati Vestrae pro tanta hac sua diligentia, in hac caussa habita, ingentes gratias, daturi operam, ut istud erga Illustritatem Vestram studiose semper promereamur. Et quoniam Illustritas Vestra inter alia indicat, quod eadem existimet aliquam medii intercessionem inter Palatinum Rheni et nos quaeri, adiecta petizione, quo Illustritati Vestrae ea de re animum nostrum aperire haud gravatim vellemus. Ad hoc Illustritatem Vestram ignorare nolumus, quod Domina Maria Hungariae Regina etc., Gubernatrix Inferiorum Terrarum, paucos ante dies ad nos quoque scripsit, amicam transactionem a nobis petens, sed Palatini ipsius Rheni nullam prorsus mentionem fecit, quemadmodum Illustritas Vestra ex inclusa copia percipiet.

Cui ad hanc ferme sentenciam respondimus: Animus nostrum multo magis ad pacem quam bellum inclinatum ac propensum esse, ideoque dum sciremus nullum hominem amplius in hac vita esse superstitem, cui melius ius, quam nobis ad Regna Daniae competeteret, nos facile pati posse, ut medio aliquo suo et quidem amico interveniret, necnon et tempus et locum ita indicaret, ut eo nostros etiam Dominos et amicos auxili loco adducere possemus. Ad has nostras literas nullum hactenus responsum a Regia ipsius Dignitate accepimus. Elector Imperii, Saxoniae Dux³⁾ etc., ex impulsu Comitis de Nassaw nostrum quoque iam animus aliquo modo tentavit, an non amicas conditiones atque transactiones cum Palatino Rheni recipere vellemus ac pati possemus, inquisque certior a nobis fieri voluit de iis, quae ipsa eius rei gracia ad nos scripserit. Dedimus praefato Electori etc. tale responsum: Nos in iis, quae dicta Regina ad nos scripserit et nos in^{a)} responsis dederimus,

simili modo, ut supra indicatum est, sic acquiescere ac in ea sententia permanere velle. Datae in castris nostris, die Saturni post Michaelis etc. anno MD3V^z.

a) *sequitur expunctum: pre*

z) *sic in ms.*

1) *Christianus III.*

2) *Fridericus.*

3) *Ioannes Fridericus.*

Annexum VIII (ff. 50-51):

Copia literarum Illustrissimi Principis et Domini, Domini Ioachimi Electoris Brandenburgensis etc., ad Illustrissimum Principem Prussiae Ducem, datarum Berlini die Martis post Antonii anno 36, litera F signata.

Quid et quae Illustrissimus Princeps Dux Fridericus, Palatinus Rheni etc., scripserit et quaesiverit, deinde et Illustrissimus Princeps consanguineus noster, Illustritatis Vestrae frater, Dominus Georgius Marchio Brandenburgensis etc., sub fiducia nobis significaverit, intelliget Illustritas Vestra ex hiis inclusis copiis. Transmisimus autem haec omnia Illustrissimo Principi Domino Christiano, electo Regi in Dacia, consanguineo nostro charissimo, et fideliter suademos, cum eiuscmodi inimicorum suorum potestas augeri incipit, penes quam Romanorum Caesareae Maiestatis¹⁾ opera aderit, posset fortassis esse, quod Sua Dignitas, tanquam ex longa belligeratione fessa, has novas et potentes incursiones non sine molestia et periculo diutius ferre possit, ita quod cogeretur postea minime commodam accipere transactionem. Quare cogitaret, quibus mediis illa repelli tolerabilibusque condicionibus negocium comode componi, ut Regna Dacie, praesertim autem munita illa loca, ut pote Copenhagen et Ellenbogenn, nancisci possit, ex quibus se defendere hostemque arcere queat.

Quapropter petimus Illustritatem Vestram, cui et suademos, ea velit praefatae Suae Regiae Dignitati in hiis diligenter consilium suum communicare et similiter, cum ex Illustrissimi Georgii Marchionis scriptis appareat Magistrum Ordinis²⁾ Teutonicorum in Palatini ope et auxilio esse, ut eadem undique diligenter omnia animadvertat adiuvetque potius hostem in Dacia propellere, quam in Prussia excipere impetum etc.

1) *Carolus V.*

2) *Valterus a Cronberg*

Annexum IX (ff. 51-53):

Copia literarum Illustrissimi Principis et Domini Frederici Palatini cis Rhenum et Ducis Bavariae etc. ad Illustrissimum Ioachimum Electorem Brandenburgensem, datarum Amberg 16 Novembris anno etc. 35.

Non est dubium Illustritatem Vestram scire Romanorum Caesaream Maiestatem¹⁾, clementissimum nostrum Dominum, nobis suam neptem, nostram charissimam consortem Dominam Dorotheam, Regnorum Dacie, Norwegiae et Suetiae heredem etc., in matrimoniū credidisse et collocasse, quare et superioribus diebus nuptias solenniter Haydelbergae celebravimus. Neque etiam ignorat, quomodo Illustrissimus noster Dominus et socer^a, Rex Christiernus²⁾ etc., a Duce Holsatiae³⁾ et eius confoederatis inique captivus detinetur. Deinde Regna Dacie quotidianis bellis, inimiciis et incursionibus gravantur et molestantur hac

de caussa, quod heredes naturales patrimonii et iure naturali iniusta vi et potentia priventur. Id quod loco nostrae charissimae consortis videre et pati nobis perquam molestum est. Quare nos hiis consilio, auxilio et ope Romanorum Caesareae Maiestatis (quemadmodum et id inita sponsalia volunt et expetunt) et nostrorum fratrum, Dominorum et amicorum, quantum fieri potest, obviare volumus, quemadmodum hactenus nihil pro oportunitate temporis a nobis praetermissum est. Cum autem Illustritas Vestra praeconomatae nostrae consorti sanguinis necessitudine (ad ea, quod et nobis sit affinis) coniuncta sit, ita quod minime dubitamus Illustratatem Vestram liberationem eiusdem patrimonii, iuris et iustitiae^{b)} desiderare et cupere, petimus amice, Illustritas Vestra dignetur neque praelibato Duci Holsatiae eiusdemque confoederatis (quemadmodum futurum minime haesitamus) in eorum inquis, iniustis et propria auctoritate inchoatis actibus et tractatibus, neque etiam alius eidem adhaerentibus aliquod auxilium et consilium praebere, sed potius tempore necessitatis Caesareae Maiestati, nobis et nostrae charissimae consorti ad liberationem dicti nostri socii et recuperationem Regnum Dacie se benevolum amicum et auxiliatorem ostendere. Id quod Caesarea Maiestas procul dubio, postulante nimirum aequitate, clementer ad animum olim revocatura est, nos autem una cum nostra consorte dabimus operam, ut erga Illustratatem Vestram, cui omnem foelicitatem optamus, singula promereamur.

Quamvis autem huiuscemodi contracta sponsalia et caussas bellicas Regni Dacie iam dudum eidem apertam²⁾ esse conveniebat, attamen non praetermissa sunt hucusque sine magno consilio, hoc nimirum, quod ante paucos dies, quemadmodum supra memoratum est, nuptias celebraverimus et postea Romanorum Caesarea et Regia⁴⁾ Maiestates et nos nostros oratores ad civitates maritimas et Hansehe transmiserimus pro indaganda maiori et pleniori omnium rerum noticia, quorum redditum indies expectamus. Quare petimus, Illustritas Vestra velit haec haud aliorsum, atque necessitas caussae postulet, facta esse accipere et intelligere. Quamquam autem nos et consors nostra charissima nobis plane nihil de Illustratate Vestra, tanquam de sanguine nobis iuncto amico, nisi amicas operas policeamur, petimus nihilominus hoc nostro cum nuntio Illustratatis Vestræ responsum. Datae Amberg 16 Novembris, anno etc. 35.

a) in ms. secor

1) Carolus V.

b) in ms. iustiae

2) Christianus II.

z) sic in ms.

3) Christianus III.

4) Ferdinandus I.

Annexum X (ff. 53-54):

Ex literis Domini Wolfgangi Ketingk, Doctoris et Cancellarii, datae^{z)} Berolini in die Fabiani et Sebastiani, anno etc. 36, ad Illustrissimum Principem Prussiae etc.

Quid Dux Fridericus Palatinus Rheni, cum Christierni olim Regis Dacie filiam matrimonio sibi iunxerit, conetur, percipiet Illustrissima Vesta Dominatio ex literis Illustrissimi Principis Electoris Brandenburgensis¹⁾ etc., Domini mei clementissimi. Et cum in literis Illustrissimi Principis Georgii, Marchionis Brandenburgensis, inter cetera continea-

tur Magistrum Ordinis Teutonicorum²⁾ tres currus longarum hastarum pro pedestre milite in numero Ducis Friderici habere, est timendum, ne una cum praefato Palatino aliquid in bello Regni Daniae conetur, et ne si omne negocium ex animi eorum sentencia succederet, Regnaque illa, quod Deus avertat, superarent, aliquid contra Illustrissimam Dominationem Vestram eiusdemque dominia et subditos tentaret. Quare minime dubito Illustritatem Vestram hiis periculis consiliis in tempore praecogitare, praevenire et sua bene munire, ut haec omnia ope et auxilio Serenissimi Regis Poloniae, noviter electae Regiae Dignitatis in Dacia³⁾ aliorumque suorum Dominorum et amicorum in tempore praecevantur et impediatur. Est enim consultius aut sui vicini aedes incendio iam flagrantibus restinguere^{a)}, quam sui ipsius estuantes tueri etc.

a) *in ms. restringere*

1) *Ioachinus II.*

z) *sic in ms.*

2) *Valterus a Cronberg.*

3) *Christianus III.*

Annexum XI (54-56):

Copia literarum Serenissimi Danorum Regis¹⁾ ad Illustrissimum Principem Dominum Fridericum, Palatinum Rheni, Ducem Bavariae etc.

Obsequia nostra amica.

Illustris Princeps, Consanguinee chare.

Illustritatis Vestrae literas, caussa Regnorum nostrorum Daniae ad nos scriptas, in quibus eadem a nobis desiderat, ut bellicum hunc nostrum apparatus dimittere ac Dominum Christiernum²⁾, olim Regem Daniae, ex captivitate liberare eundemque pristinae suae libertati ac possessioni restituere vellemus, accepimus perlegimusque. Nos vero non dubitamus, quin non solum Illustrati Vestrae, verum etiam universo pene Orbi Christiano optime cognitum sit, quomodo Dominus Christiernus primum ad suscipiendum hoc bellum non solum Domino Friderico piae memoriae, Danorum Regi, Domino et parenti nostro charissimo, verum etiam aliis multis hominibus permagnam occasionem praebuerit, et cur dictus iam Dominus et parens noster piae memoriae hoc bellum per integrum iam ferme decennium continuum et ad nostrum usque regimen eam ob causam gesserit. Praeterea qua ratione idem Dominus Christiernus captivitati et, ut Illustritas Vestra asserit, miserrimae (quod tamen re vera minime ita se habet, sed christiano, regio ac Principum more sustentatur) traditus sit, nemo non novit.

Ad quam possessionem Regni ac bonorum omnium Dominus genitor noster foelicitis memoriae optimum ius habuit. Porro etiam talis caussa bellica primum ad ordinarium Caesareae Maiestatis³⁾ Cameræ ac Imperiale Iudicium in Germania devoluta ac ibi agitata atque discussa est, in quo indecisa adhuc pendet, ita ut nos postmodum primum eo referre, quantum iuris ac aequitatis ratione nobis convenit, plane cupiamus. Postremo hoc quoque libenter concedimus et in eo facile quidem sumus contenti, ut caussa haec coram utrisque Romanorum Caesarea et Regia⁴⁾ Maiestatis atque coram Maiestatum Suarum Imperiali Iudicio, necnon et coram aliis minime suspectis Electoribus ac Principibus, ordinibus ac civitatibus Regni, amice transigatur componaturque.

Haec pro responso Illustritatem Vestram ignorare noluimus, plane

sperantes Illustritatem Vestram iusto hoc nostro responso contentam fore. Et si qua alia in re Illustritati Vestrae amice inservire poterimus, faciemus hoc summo studio atque diligenter. Datae in arce nostra Gotdorff, die Martis post festum Martini anno etc. 1535.

1) *Christianus III.*

2) *Christianus II.*

3) *Carolus V.*

4) *Ferdinandus I.*

Annexum XII (ff. 56-57):

Copia literarum Dominae Mariae Ungariae Reginae ad Serenissimum Danorum Regem¹⁾ scriptarum XXVII Iulii anno 35.

Nos Maria, Dei gratia Regina Hungariae etc., Gubernatrix Inferioris Germaniae, iubemus Illustrem Principem Christianum, Ducem Schleswicensem et Halsatiae²⁾ etc., nostrum amicum, amice salvere.

Illustris Princeps, Amice charissime.

Posteaquam Illustritas Vestra in Regnis Daciae et Norwegiae etc. cepit bella movere et eadem per aliquot³⁾ tempus sustinuerit, ex quo non parva damna et incommoda tam Illustritas Vestra eiusdemque dominia et subditi, quam praenominata Regna accepere; ad haec caussas omnium mercatorum negotiatio et navigatio detrimento communis boni hiis impedita est; cum autem Sacra Caesarea Maiestas²⁾, noster Dominus et frater, et nos Illustritati Vestrae clementer et bene addicti simus, noluimus Illustritatem Vestram celare, quod (considerantes et ad animum revocantes ea omnia, quae secretarius Illustritatis Vestrae, Franciscus Trebaw, nobis indicavit) arbitremur bonum et utile esse, Illustritas Vestra pateretur hos bellicos actus amicabiliter componi, et quidem variis de caassis, quas supervacaneum existimamus in praesentiarum ordine numerare, ne scilicet Illustritas Vestra maius incommodum (quod sane nollemus) percipiat^{a)}. Si autem Illustritas Vestra nos tanquam mediaticem in amicabili tractatione ferre potest, non gravabimur ex re et utilitate tum Illustritatis Vestrae, tum communis boni, operas nostras adhibere, sperantes nos totum negocium ita composituras, quo maiora praecevaneantur incommoda, quemadmodum haec praefato Illustritatis Vestrae secretario, ut Illustritati Vestrae referret, latius indicavimus. Id quod Illustritatem Vestram amice latere noluimus, postulantes ad haec Illustritatis Vestrae responsum in scriptis. Datae Mechiliniae 27 Iulii, anno etc. 35.

a) sequitur expunctum: percipiat

1) *Christianus III.*

z) sic in ms.

2) *Carolus V.*

Annexum XIII (ff. 57-60):

Copia literarum Domini Friderici Palatini Rheni, Bavariae Ducis etc., ad Serenissimum Danorum Regem¹⁾ scriptarum ultima Septembris anno MDXXXV.

Obsequia nostra amica.

Illustris Princeps, Consanguinee noster chare.

Illustritatem Vestram ex amico animo certiore facimus (id quod iam antea Illustritatem Vestram^{a)} ignorare haud arbitramur) Romanam Caesaream²⁾ ac Regiam³⁾ Maiestates et Dominos nostros clementissimos,

Maiestatum Suarum consanguineam, Illustrissimi Principis Domini et socii nostri charissimi, Domini Christierni Danorum Regis etc., seniorem filiam, Dominam Dorotheam, nobis paucos ante dies matrimonio coniunxisse atque etiam contractum matrimonii super hoc constituisse, eandemque coniugali thoro nobis traditam ac nuptias nuper secundum ritum ac morem christianum celebratas esse. Et quoniam per hoc matrimonium imprimis nos decet atque convenit (prout talis contractus etiam secum fert), nos etiam plane in animo habemus ea omnia, quae ad liberationem praedicti Domini Christierni Danorum Regis, Domini et socii nostri charissimi, in miserrima captivitate detenti, necnon et quae ad recuperationem iusticiae atque iuris, quod divino iure ad haeredes ipsius pertinet, faciunt, una cum ambabus Caesarea et Regia Maiestatibus et aliis isti caussae adhaerentibus, nostris quoque cum Dominis et amicis, parare atque instituere velle, quo tandem medium ac viam aliquam inveniamus.

Et quoniam pro certo ad nos relatum est (prout istud ipsum palam et omnibus aliis satis bene cognitum esse nemo ignorat) Illustritatem Vestram eiusdemque adhaerentes atque auxiliarios, praeter priora damna atque incommoda, saepius dicto Domino Christierno Danorum Regi^{b)} eiusdemque naturalibus haeredibus, consorti iam nostrae charissimae illata, necnon et praeter expulsionem et captivitatem ipsius, sine ullo iusto titulo inceptam, multo alia adhuc maiora moliri et cottidie adhuc in incepto opere sic permanere, nempe eandem in animo habere, quod velit eosdem haeredes non modo pro suo arbitrio cogere, sed etiam illis ipsis (si ex Illustritatibus Vestrae sententia omnia succederent et non impedirentur) iura sua et omnem iusticiam adimere. Quae omnia ab Illustritate Vestra ita fieri iniquo admodum animo ferimus, nec satis mirari istud ipsum possumus. Neque enim ex supra recitatis iustis rationibus et necessitatibus illud perferre diutius nobis convenit.

Quam ob rem Illustritatem Vestram amice vehementerque rogamus et ab illa desyderamus, velit bellicum hunc suum apparatus, quo eadem hoc tempore provisa est, sine ulla mora dimittere, seque ab improbo hoc suo et hactenus iniuste quae sito proposito abstinere, digneturque ad liberandam praefati Domini et socii nostri charissimi captivitatem, post recuperationem et restitutionem naturalium haeredum iurium, quae ipsis ad Regna Daniae habent, nullam aliam turbationem aut impedimentum presumere. Praeterea etiam Illustritas Vestra velit eisdem haeredibus arces, civitates, oppida et colonos ademptos (prout aequitas et ius suadent) eaque omnia, quae Illustritas Vestra ad ipsos pertinentia detinuit et possedit, haud gravatim iterum restituere. Faciet procul dubio Illustritas Vestra utrisque, tam Caesareae quam Regiae Maiestatibus, in eo rem plane gratissimam. Et nos ad praecavendum maiora, istud ipsum erga Illustritatem Vestram promereri studebimus. Haec omnia pro necessitate nostra Illustratati Vestrae celare nolumus^{c)}. Quod quamvis Illustritatem Vestram denegaturam nobis minime credimus, tamen eandem rogamus amice, velit nos cum praesenti hoc nuntio nostro certo aliquo responso dignari. Datae Heydelbergae, ultima Septembbris anno etc. 35.

a) sequuntur 2 litterae expunctae.

1) Christianus III.

b) in ms. Regis

2) Carolus V.

c) in ms. voluimus

3) Ferdinandus I.

E Regio Monte, 18.II.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]

promissam eius operam in causa lacus Družno (Drausen) «amice et fraterne» accipit; negotium regis Sueciae commendat; sententiae regiae Bonae de pago Coadiutem, quamquam invitus, acquiescit; de officialibus reginae, modum repetendi rusticos hactenus observatum non observantibus, queritur; de die inspiciendorum limitum cum Masovia nondum statuto dolet; causam Ioannis a Werden commendat; mortem episcopi Cracoviensis dolenter se ferre ait.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 19-22.

De transfugis rusticis. De pago Coadiutem. De limitibus.

De morte Episcopi Cracoviensis¹⁾

Reverende in Christo Pater, Amice nobis charissime etc.

Reverenda Vestra Paternitas scribit se diligenter nostris in negotiis apud Sacram Regiam Maiestatem, Dominum et avunculum nostrum clementissimum, annixum esse, de quo Reverendae Vestrae Paternitatis studio ut hactenus nunquam dubitavimus, ita singulis fere diebus re ipsa id ipsum comperimus. Quare fit, ut penitus rationes^{a)}, quibus pares rependere vices possimus, plane nesciamus. Deum itaque Optimum Maximum oramus et obsecramus, is magno cum cumulo cumulatissimus remunerator esse dignetur.

Pollicitas Reverendae Vestrae Paternitatis operas de lacu Drausen amice et fraterne accipimus, nihil addubitantes eandem nacta occasione pro viribus laboraturam et importunis precibus aliquid a Sacra Regia Maiestate impetraturam.

Negocium Regis Suetiae²⁾ (quamvis vulgo feratur eandem Suam Dignitatem vita defunctam, quod tamen certo asserere nolumus) iterum atque iterum Reverendae Vestrae Paternitati commendatum cupimus, quo veniente tempore veris primo quoque nuntio tota illa tractatio Sacrae Regiae Dignitati aperiri possit et ad finem deduci.

Reginalem Maiestatem³⁾ firmiter in sua sententia de pago Coadiutem et de novis pagis condendis perstare inviti percepimus. Verum quia sic superis visum est, cedendum esse credimus, in Dominum Deum sperantes, iusticiam et veritatem, quae perpetuo comprimi non potest, olim suum cuique tributaram. Quia vero hoc anno termini inspici et diudicari non posse arbitratur Regia Maiestas, eciam si hoc anno tempora adeo fuissent apta et idonea, ut penitus dubitemus, an in aliquot multis annis aequae se commoditas offerre possit.

De transfugis rusticis Reverendam Vestram Paternitatem literas a Reginali Maiestate ad officiales impetrasse gaudemus, addidit autem Reginalis Maiestas colonos, qui e bonis Suae Maiestatis ad nos profugissent et nunc redirent, non esse reddendos, sed etiam repetendos etc. Hunc articulum aliquo modo pugnare cum iuratis et sigillatis transactionibus noviter confectis palam est, quia hii coloni tantum^{b)} sunt redendi et repetendi, qui a tempore contractus, non autem qui ante celebratum contractum aufugerint, prout Reverenda Vestra Paternitas

ex hoc articulo contractus clare percipere dignabitur. Quare minime dubitamus Reginalem Maiestatem contra eosdem nullo pacto aliquid conaturam, sed eundem firmiter in omnibus conservaturam. Quod et nos facturos pollicemur. Modus autem repetendi rusticos, hactenus observatus, ab officialibus Reginalis Maiestatis non observatur. Nam irrequisitis Capitaneis et officialibus nostris, irruunt vi et armata manu in Ducatum nostrum et abducunt rusticos, nulla habita ratione contractus et pacis perpetuae, quod cum occasionem multarum controversiarum praebere potest, voluimus Reverendae Vestrae Paternitati indicare, amicabiliter et fraterne petentes, eadem velit et hic amicas suas operas adhibere, ne tale quid imposterum temere et vi ab hiis in Ducatu nostro fiat. Qui si pergere porro ceperint, et officiales nostri iure naturali vim arcerent atque propellerent, non esset caussa, quare vehementer illis irasceremur.

Diem inspiciendorum limitum communium cum Mazovia statutum non esse dolemus. Nam qua ratione tantis iurgiis, controversiis et homicidiis inter utriusque partis subditos occurri, nisi hac unica via possit, non videmus. Praeteritis enim diebus voluerunt aliqui ex Mazovia vi et armata quasi manu ligna^{c)} in loco illo, ubi controversia est limitum, contra edictum utriusque partis commissariorum cedere; quod cum nostri prohiberent, ventum est ad arma et ex utraque parte unus interemptus et aliquot vulnerati. Quae res an ad hominum conciliandos animos faciat, iudicio Reverendae Vestrae Paternitatis relinquimus. Ut autem haec et alia quam plurima e medio tollantur, petimus, ita Reverenda Vestra Paternitas negocium apud Sacram Regiam Maiestatem peragere dignetur, quatenus statim post festum Paschatis, nam hoc tempore aequa atque tempore hybernali inspici commode possunt, dies inspiciendorum limitum instituatur. Locus autem est in districtu nostro Neydenburg incipiendo usque ad fines Lithuaniae, quemadmodum Reverendus Episcopus Dominus Petrus Premisiensis, Administrator Mazoviae etc.⁴⁾, superioribus annis iussu Regiae Maiestatis inspicere atque disternicare ceperat.

De opera et studio Reverendae Vestrae Paternitatis in caussa nobilis Ioannis a Werden, ut nunquam dubitavimus, ita certissimas et quidem diligentissimas nobis pollicemur.

Mortem Reverendi Episcopi Cracoviensis non iniuria dolenter fert Reverenda Vestra Paternitas, siquidem dignus erat, qui perpetua frueretur vita. Sed quia ad mortem nati sumus^{d)}, mori necesse est diisque omnia committere. Porro non erat necesse tantas Reverendam Vestram Paternitatem agere gracias, quia haec quantulacunque exigua variis de caussis facere nos debere arbitrati sumus, quare petimus, Reverenda Vestra Paternitas dignetur sibi alia et multo maiora de nobis pro nostra amicicia et fraternitate polliceri. His Reverendam Vestram Paternitatem optime valere percupimus. Datae e Regio Monte XVIII Februarii anno etc. XXXVI. *In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi.*

- a) *in ms. rationem*
- b) *in ms. tamcum*
- c) *in ms. lingna*
- d) *sequitur expunctum: mori*

- 1) *Petrus Tomicki.*
- 2) *Gustavus I.*
- 3) *Bona.*
- 4) *Petrus Gamrat.*

N. 1230

E Regio Monte, 18.II.1536.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
negotium regundorum finium praeter omnem spem ac opinionem suam
a rege procrastinatum esse nuntiat et rogat, ut apud regem efficere
studeat, « quo tandem post tot subditorum querelas omnes lites ac
controversiae, limitum causa subortae, bona cum gratia componantur
finianturque »; de novis rebus, imprimis « de captivo illo ex
Moschoviae proceribus uno » [Theodoro Ovčina], certior fieri cupit.*

(*Latine*)

Cfr. El. XXXV, N. 468.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 60-61.

N. 1231

E Regio Monte, 18.II.1536.

Albertus dux in Prussia

Martino Cromero

*litteras eius, « ob singularem eruditionem » in eis contentam, gratas, ob
res novas, quas afferebant, gratiores sibi fuisse nuntiat et rogat, ut
crebrius scribat.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 61-62.

N. 1232

E Regio Monte, 18.II.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,

*rogat, ut apud regem tantum efficiat, quo negotium regundorum finium,
recens a rege dilatum, post tot subditorum querelas tandem expe-
diatur finiaturque; de rebus novis, praesertim ex Moscavia allatis,
certior fieri cupit.*

Cfr. El. XXXV, N. 467.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 62-63.

Finium regundorum.

Magnifice ac Generose, Amice nobis multis nominibus dilecte.

Salutem et quidquid est in nobis grati officii.

Grato admodum animo accepimus Magnificentiae Vestrae literas,
plenas videlicet veteris humanitatis atque benevolentiae. Nihil autem
opus fuisset tanta apud nos gratiarum actione uti pro literis nostris,
quibus Magnificentiam Vestram, tanquam amicum nostrum charissimum,
invisere interdum solemus. Nos, quamvis arduis saepe et gravissimis
negociis occupati simus nimium, non libenter tamen aliquam ad Magni-
ficentiam Vestram scribendi occasionem intermittimus.

Caeterum Magnificentiam Vestram ignorare haud arbitramur, ne-gocium illud totum regundorum finium inspiciendorumque limitum a Sacra Regia Maiestate Poloniae, Domino nostro clementissimo et avunculo charissimo, praeter omnem spem ac opinionem nostram procastinatum et in aliud tempus dilatum esse. Quod cum ita se habeat, eaque res non nostris tantum, verum etiam Sacrae ipsius Maiestatis Regiae subditis magnum detrimentum ac incommodum adferat, permultum Magnificentiam Vestram, tanquam amicum nostrum charissimum, rogamus, dignetur hoc in negocio haud gravatim nobis operam suam praebere atque apud Sacram Regiam Maiestatem tantum efficere, quo tandem post tot subditorum querelas omnes lites ac controversiae, limitum causa subortae, bona cum gracia componantur finianturque.

Novae res eaeque memoratu dignae nullae iam apud nos extant, quam primum vero aliquas easdemque certas habebimus, non celabimus Magnificentiam Vestram. Cupimus autem nos per Magnificentiam Vestram de rebus novis^a, praesertim de captivo illo ex Moscoviae proceribus uno^b et saepissime et copiosissime certiores fieri. Si qua in re vicissim Magnificentiae Vestrae gratificari poterimus et benevolentiam^b nostram exhibere, dabimus operam, ut studiose istud a nobis fiat atque diligenter. His Magnificentiam Vestram in Christo Iesu foeliciter valere valde cupimus. Datae e Regio Monte, XVIII Februarii anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Nicolao Volsky.

a) *in ms.* nobis

b) *in ms.* benolentiam

1) dux Theodorus Ovčina

N. 1233

E Regio Monte, 18.II.1536.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Radziwiłł pincernae M.D.L., capitaneo Samogitiae,
litteras eius 30.XII.1535 anni datas et nova de proceribus quibusdam
Moscovitis continentes se accepisse nuntiat et rogat, ut crebrius
scribat et res novas signifecet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 63-64

N. 1234

E Regio Motne, 29.II.1536.

Albertus dux in Prussia

*Iosto Ludovico Decio
de tempore et modis pecuniae, Norimbergae depositae, sibi suppeditandae.*

Cfr. El. XLVII, N. 180.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 230-231 v.

An Jobsten Ludwigen den 29 Februarii 1536.

Unsern gonstigen grus genedigen willen zuvorn.

Edler und erenvhester rathe und lieber getrewer.

Wir haben auss eurem schreyben, des datum Presslaw den 9 Februarii gegenwartigs jahrs, waran es sich gestossen und die irrung gewesen,

domit die zweytausent gulden hungarisch in golde nicht auf bestimpte zeyt, vormug unsers derhalben schreybens, alhie erlegt werden koennen, ferner seynes inhalts notturftiglich eyngenommen. Warauf fugen wir euch genediger meynung wissendt, das wir dem hochgepornen fursten, unserm freuntlichen, lieben brudern, herren Georgen, margraffen zu Brandenburgk etc., bey auch unsers geliepten bruders, herren Wilhelms, der ertzbischofflichen kirchen Riga coadiutors und postulirten herren zu Osel, marggrafen zu Brandenburgks etc., secretarien, Anthonio Lecka, geschrieben, mit freuntlicher, bruderlicher bith, ime solche summa gelts, als zweytausent und siebenhundert gulden reynisch in golde zu behendigen lassen, welcher bevelch, dieselbig summa von euertwegen, wen ir zu Nurnbergk namhaftigk macht und anzaigt, auf ernente zeyt zu uberantworten. Dieweyl aber befunden und ir ungewyss gewesen seyth, ob die zweytausentsiebenhundert gulden reynisch in golt oder muntz gefallen, und bey wem sie zu Nurnbergk niderlegt, so geben wir euch hiemit zu erkennen, das dieselbig summa, wie itzt berurt, entweder zu Mitfasten, oder zwischen hie und Ostern bey Wilhelmen Weydolten, ko.mt. zu Polan dienern, in Nurnbergk gewisslich an rheynischem golde erlegt und doneben solchs eurem begern nach, aufs eilenzste ehrn Sigmunden Buchern, rathmannen zu Presslaw, durch gemelten Anthonien Lecka kunth gethan werden sollen. Demnach ist unser gar genedigs begern und gutlich bith (dieweyl uns an solchem gelt nicht wenig gelegen und zu uns umb gefhar und ferne des weges willen, lauts unsers vorigen schreybens, nicht wol sicher prengen koennen, desgleichen ir uns gern dient), ir wollet unbeschwert seyn, nachdem wir auf dietzmal zu unsern obligenden gescheften zweytausent hungarische gulden in golde bedurfen, ir wollet verschaffen, domit wir eyn solche summa hungarischs goldes auf Mitfasten oder kurtz darnach alhie durch euere factores gewysslich bekommen mogen, und wes an dem gelde zu Nurnbergk als an den zweytausent und siebenhundert rheynischen goltgulden zu erfulling der zweytausent hungarischen gulden in golde zu erstatten mangelt, sol auch alhie zu voller genuege und gutem danck erlegt werden. Und im fhal, das wir uns doch nicht verstehen oder vormueten, wan solch gelt zu Nurnbergk nicht in rheynischem golde, sonder muntz erlegt, so wollen wir doch euch fur eynen iden rheynischen goltgulden so viel muntz, als er imer ganckhaftig und wirdig, entrichten lassen, euch in dem uns zu gefallen und viel daran gelegen, whilferig und dermassen, wie unser genediger vertrawen zu euch steht, beweysen. Das wollen wir in danckbarem geometh zu behalten und in sondern gnaden zu erkennen nit vergessen. Datum, ut supra.

N. 1235

E Regio Monte, 1.III.1536.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
intercedit pro Iacobo Grolock, servitorem suum in Lithuania mittente,
ut « extantia sua liquida debita, nempe quindecim sexagenas Lythuanicas a debitore suo consequi possit », et rogat, ut dictum eius ser-
vitorem in hoc negotio expediendo ope et auxilio suo adiuvet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 64-66.

N. 1236

E Regio Monte, 3.III.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro vidua Melchioris Glaubitz, praefecti olim Marienburgensis, iterum intercedit, ut praedium Marcushoff dictum (quod marito suo ad dies vitae a rege concessum erat) ad duodecim annos vel ad dies vitae obtinere et possidere possit.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 141

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 66-67.

N. 1237

E Regio Monte, 12.III.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojęński]

eum, tanquam pacis et concordiae amatorem, rogat, ut apud regem efficiat, quo lites, controversiae et inimicitiae inter Achatium Czema, castellanum Gedanensem, et Stanislaus Kostka a Stangenberg (Sztemberk), thesaurarium terrarum Prussiae, subortae, « minime augeantur, sed bona potius cum gratia componantur atque in gratiam pristinam concordiamque... redigantur ».

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 470, 474.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 67-68.

N. 1238

E Regio Monte, 12.III.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolaus Nibschatz

de regis iunioris aegritudine dolet; mittit exempla litterarum suarum ad regem, una cum novis Hamburgo acceptis; de die matrimonii [inter regem iuniorem et Elisabeth Austriacam] ineundi ad festum s. Iacobi statuto; de negotio Coadiutensi cum episcopo Plocensi tractando; de pace cum Moscovitis ineunda; de libero transitu per Samogitiam Livonibus a rege non permittendo, et alia.

(2 schedulae)

Cfr. El. XLVII, N. 183.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 231v-234v.

An Nyckel Nyptschitz den XII Marcy.

Unsern grus und genedigen willen zuvor.

Erbar und erenvester, lieber, getrewener.

Wir haben von dir ein schreiben, das geben ist zu Cawen Mitwochen vor Matthie gegenwertiges jahrs, pald nach der Vasnacht bekommen und doraus vorstanden, das du mit uns Vasnacht zu halten willens, welchs

wir gantz gern gesehen und erfreuet waren gewesen, domit du unser freuntlichen, lieben gemahel¹⁾ cammerjunckfrauen, Anna Eysacks, zu iren ehren den ehelichen beyschlaf hettest mogen helffen bewirten. Weil wir aber aus solchem deinem schreiben vorstanden, aus was ursachen du dich zuruck, darob wir nichts anderst dan deynen dinstlichen willen gegen unser person spuren, begeben, so thun wir uns desselbigen hochlichen bedancken in genaden und allem gutten gegen dir hinwider zu gedencken. Und ist uns ko.mt. zu Polan etc., unsers freuntlichen, geliepten jungen herren und oheims, schwacheit ein treuhertzigs mitleiden; wiewol du uns von kinderpocken meldest, so werden wir gleichwol von andern, das seine ko.mt. am fieber kranck gelegen sein solle, bericht. Hierumb seintemal uns berurter ko.mt. schwacheit gantz hochlich mitleident und bekommertlich, wollen wir an dich mit genaden begeht haben, du wollest diesell vonunsertwegen gantz untherdeniglich besuchen mit beklagung der kranckheit volgents bevelbung gewonlicher zuentbietung und gepurlicher gehorsamer dinsterpietung, nichtsweniger solchs gleichfals bey der alten herschaft und freulein Isabella aufs peste aussrichten, wie wir dan in dem, als dem geschickten, kein mass gestelt wollen haben.

So du uns dan ferner anzaigest, das Fabian von Whona von kay. mt. hoff wider anheims kommen und der hoffmeister Opolnitzky³⁾ etc. weck, auch egemelter Fabian villeichts nachziehen werde mit angeheffter deinem gutbeduncken, das wir nunmehr ko.mt. in unsern sachen schreiben mochten, hierauf schicken wir dir copien zu, wie wir derselben schreiben, doneben neue zeitung von Hamburg belangende den ausgerichten friede zwuschen erwelther ko.w. zu Denmarcken⁴⁾ etc. und denen von Lubeck, genediglich sinnende, du wollest, wie wir wissen, du uns das untherdeniglich zu thun geneigt, dieselben schriften wol einnehmen und bey ko.mt., auch unserm geliepten freunde, dem von Plotzky⁵⁾ etc., den vleis nicht sparen, ob muglich, das wir in allem genediglich erhoret, desgleichen auch die schriften an die von Dantzig erhalten werden mochten.

Wes du uns der cleidung, auch des beschlus der herren auf Jacobi halben geschrieben, sein wir mit dir deines gutwilligen erpietens des musters wol zufriden und wer die frenkisch oder ander rock ein muster anzuzaignen von unnoeten. Sonder du magst dir die cleidung deynes gefallens machen lassen, allein die farb und muster in ermeln von unsertwegen fhuren.

Vonwegen des beschlus auf Jacobi wissen wir selbst, wie dein bericht mitprengt, die karckheit, es wer auch nicht umb den furwitz zu thun. Weil aber demnacht solchs und dergleichen genad und frucht geporen mocht und koent, so wollen wir deinem hohen verstanth heimgestelt, ob in der sachen weiters zu handeln und doneben Gotts willen, was nutz und guts darin zu bescheen, demselben und unser hershaft bevolhen haben.

Das wir auch an ko.mt. das schreiben, die paurn zu Coadiutaten betreffende, zu thun nicht vergessen wollen, ist es bey nechster post an unsern freundt von Plotzky etc., darauf wir noch nicht beantwort, beschehen. Derhalben magst du auf solche unsere schriften bey hochgedachter ko.mt. und dem hern bischoffen von Plotzky etc. uns so viel dest vleissiger anhalten. Eyns bitten wir aber, nachdem du mit herren Gastalten, auch dem heuptman in Samaithen wol einig und Coadiutaten ein lithawische sachen, du wollest bey denselben fur dich selbst mit allem glimpf durchstehen, damit uns, ob die handlung in lithawischen rathe gedeihen

und kommen, ein nachparliche, pillige freuntschaft durch iren rathe
begegnen mochte, auch uns denselben mit freuntlichen, genedigem
zuentbieten und erpieten bevelhen. Wolt es auch gerathen sein, unsern
freundt, den herren bischoffen zur Wilnna⁶⁾, in solchem zu geprauchen,
stellen wir, wes zu thun oder zu lassen, in dein bedencken. Und ubersenden
dir hiebey einen gulden becher, den wollest unserm geliepten freund
und bruder, dem herren bischoffen von Plotzky tc., in seine neue erpesse-
rung der werden und bistumb von unsertwegen zu einem seligen neuen
jhar schencken und sein lieb damit verehren. Weil du aber waist, das
wir egemelten von Plotzky vor einem jahr neben einem becher auch
hundert gulden geschenckt, als wollest uns verstandigen, ob es nachmals
auch itzunder vonnoeten und woe in rathe befunden, das es furtreglich,
wollest uns solchs aufs eilendest zuschreiben und dich den becher also
lang zu uberantworten enthalten, biss wir dir das ander hinnachschicken;
und sein wol zufriden, das du uns hernachmals vermag deines anzaigens
weiters in dem, das auf dietzmal nachgelassen, beantwortest.

Der sackpfeifen, dorumb du anregest, warten wir alle tag und stunde,
dan der pfeifer und meister zu Dantzig und uns zugeschrieben, diese
Vasnacht dieselb zu prengen. Dieweil es aber verplieben, haben wir dar-
nach abermals geschrieben und sobald sie ankommen, sol dir dieselb
zugeschickt werden.

Ferner ubersenden wir dir hiemit abschriften eines getreuen hertzen
und dieners gegen ko.mt. und der Cron Polan etc. von zeitungen, die er
uns zuschreiben und doneben anschlege derselben zum besten vermelden
thut, wie du dan aus solchem zu vornemen. Dieweil dan gleichwol dieselb
anschlege unsers erachtens nicht so gar zu vorwerfen und in fhial,
ob man schon mit dem Moschkowither⁷⁾ in gutlichem handel stunde, ein
erheblichers zu erlangen ursachen mochte, auch ko.mt. unsers versehens
diese furgeschlagene wege zu erhalten, angesehen wan frid mit erwelther
ko.w. zu Denmarcken und denen von Lubeck allenthalben gemacht, het
dieselb zu solchem krigsvolck umb soviel dest besser und leichter zu-
kommen. Dach wollen wir in dein bedencken gestelt haben (nachdem
wir wissen, das ko.mt. zu Polan etc. nicht gern mit frembden volck
kriegt), wes derselben von solchen anschlegen anzuzaign sey, dan
unsren schuldigen pflichten, auch blutsverwandtnus nach, sehen wir jhe
gern, das ko.mt. dermassen ire sachen mit dem Moschkowither und
andern erhielten, domit sich hernachmals derselben shoene, unser gnieder-
ger, junger konig, so viel mehr sicherheit und frides bey den umbligen-
den nachparn zu getroesten.

Wie wir auch in erfaring kommen, das die stende in Leiflant ein
statliche, ansehelicke botschaft bey ko.mt. in kortz haben werden, unther
anderem auch der meynung, den ewigen fride zwuschen Lithawen und
Leifflandt zu vorneuern, deucht uns nutzlichen sein, das bey hochgedach-
ter ko.mt. verhandelt wurdt, das die Leifflander keinen durchzug oder
pass durch Samaithen hinter irer mt. wissen, zulas oder willen nicht
durch sie selbst gesucht und furgenommen, auch andern vorzunemen
von inen nicht gestat wurde.

Nachdem vormutlich, wie wir auch erfahren, das die Leiflender in irer
botschaft villeicht nicht vergessen mochten bey ko.mt. anzuhalten, damit
sie ire grenitz, wie sie die itzund inen haben, behalten koenten, so zweifeln
wir nicht, ko.mt. und die lobliche stende des grosfurstenthums Litthauen
haben sich zu erindern, wes vergangener zeit irer deshalb von uns

vermelt. Dieweil aber vilfeltige gescheffte derart furfallen und vorvilheit derselbygen unser und anderer bericht wol nicht allenthalben in frischem gedechnus blieben, sehen wir nicht fur ungerathen an, das ko.mt., unser freundt von Plotzky und andere des von dir erindert wurden.

Letzlich lassen wir uns duncken, das du mit beschlissung deiner brief auf dietzmal, sofern sie nicht anderst, als sie uns überantwort^{a)} worden, zugemacht gewesen sein, nicht so gar fursichtig umbgangen, dan wir befinden, das der briff geofent und die bede zedel nurnt hinein gesteckt, die zedel durchgefallen und gantz wol von vielen lesen beschmiert. Der wegen magst du dich wol selbst erindern, wan du die brief geben und wie die zedel eingemacht und ob es von unsren underthanen beschehen, uns des darnach zu fragen und den grundt zu erkundigen, vorstendigen, auch hinfuro die briff mit dem sigeln und zedel einstecken, besser verwharen, nichts weniger die briff allenthalben an gepurende orter überantworten und vleis vorwenden, domit wir bey ko.mt. dieser unser bethe allenthalben genediglich und freuntlich gewheret mochten werden, doneben unsren genedigen, gonstigen willen Gotzschen, Terlein⁸⁾, Niclagky⁹⁾ und andern gutten, ehrlichen gesellen, die unser im besten gedancken, ansagen und von unsertwegen grussen. Das alles wollen wir in danckbarem gemueth behalten und umb dein person in sondern genaden zu beschulden nicht vergessen. Datum Konigsperg, ut supra.

Cedula

Dieweil uns dan auch her Johan von Werden unther anderem anzaigt, das dein alter schreiber sich zu dir zu begeben waigern sol, uns dein schriftlich antwort, der er alhie erwarten wil, das wir dan bedenkens haben, jnen derhalben alhie aufhalten lassen, hierumb so magst du ime deines gemuts meynung bey diesem unsren diener zuschreiben. Datum, ut supra in literis.

Cedula

Dieweil diser knab den becher itzund nit mitfuren hat konnen, haben wir jnen so lang bey uns behalten wollen, aber denselben bey deinem schreiben oder sunst gewiser potschaft auf das ehest ubersenden etc.

Alia^{b)} cedula

Wir schreiben auch hiemit an ko.mt. zu Polan etc. von wegen der armen wietbfrauen Melchior von Glaubitz nachgelassene wietbwen. Hierumb wollest in ansehung irer verlassenheit das beste bey der sachen thun und ir ein genedige antwort erlangen, den lohen von Got nemen. So beschulden wir es in allen gnaden. Datum, ut in literis.

a) in ms. überantwortwort

5) Ioannes Chojeński.

b) in ms. aliare

6) Ioannes e ducibus Lithuaniae.

1) Dorothea.

7) Ioannes IV Basilides.

2) Carolus V.

8) Gabriel Tarto.

3) Petrus Opaliński.

9) Nicolaus Wolski?

4) Christianus III.

E Regio Monte, 13.III.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*suadet, ut ad praecavenda pericula ex practicis et conatibus Ordinis
Theutonicorum in Livonia oritura Livoniensibus in perpetuum prohi-
beatur per Lithuaniam et Samogitiam exercitum ducere: rogar, ut
rex Petro Opaliński, in negotiis Regni ad imperatorem alegato,
etiam negotium Pruthenicum demandet.*

(Schedula: nova de Lubecensibus et de Hollandis).

Cfr. El., XXX, N. 140.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 68-72.

De orathoribus Livoniensibus ad Regiam Maiestatem in negotio li-
mitum et reiterandarum transactionum. Deinde de Hollandis scribit,
postremo nova.

Serenissime Rex.

Non arbitror operae precium esse Regiam Vestram Maiestatem
memorem, quod dicitur, monere, quas Ordo Theutonicus in Livonia haud
ita pridem cum Muschovitis, Regiae Vestrae Maiestatis hostibus, con-
ventiones et pacta inierit et pepigerit, et quid contra Regiam Vestram
Maiestatem in hiis adversus Muschovitas bellicis actionibus moliri ope,
consilio et auxilio ausus sit. Deinde quam se benevolum et officiosum
in negocio Reverendissimi et Illustrissimi Principis, fratris mei charissimi
Domini Wilhelmi, Coadiutoris Rigensis etc., exhibuerit, cum sub hac
specie quasi singula ex voluntate Domini Coadiutoris componenda esse
adfirment, ad tale compromissum suscipiendum redactus sit, ut Regiae
Vestrae Maiestatis et omnium suorum amicorum et propinquorum con-
silio, ope et opera uti et non debeat et nequeat. Postremo quid adversus
me meosque subditos Livonienses a multis annis conati sint, Regiae
Vestrae Maiestati satis certo scio optime^{a)} in memoria esse, ut penitus
supervacaneum esse credam eandem^{b)} cantilenam iterum atque iterum
ad nauseam usque repetere.

Cum autem habeam pro exploratissimo Livonienses a hactenus
fabricatis consiliis et practicis minime abstinere, praesertim autem
contra me et in negocio Lubicensi, de quibus cum soliti sint vehementer
hucusque inficiari, nunc tandem, cum res componi debeat^{c)}, cupiunt et
ipsi ea transactione tanquam confederatis previderi et consuli, id quod
a meis, qui coram omni tractatui interfuerunt, certo mihi significatum
est, intelligamque Livoniensium orathores caussa renovandorum foe-
derum inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Livoniam ad Regiam
Vestram Maiestatem iam dudum designatos et fortassis iam adpulisse,
duxi Regiae Vestrae Maiestati, etiamsi^{d)} alias satis perspectum habeam
eandem nihil, quod ad rem faciat, tanquam prudentissimum et circum-
spectissimum Regem, una cum prudentissimis suis proceribus et consi-
liariis Regni praecogitasse, haec obiter ad animum revocanda esse.

Ducatum Prussiae aequae Regiae Vestrae Maiestatis esse. Quare sum-
me, stantibus hiis practicis et consiliis, necessarium esse reor aliquo
modo et via eas excludere. Quod fieri posse credo, si haec clausula in
transactionem perpetuam interseri posset: Livonienses nullum debere
per Lithuaniam et Samagithiam citra expressam Regiae Vestrae Maies-

tatis voluntatem et consensum exercitum ducere, aut quid aliud adversi contra Regiae Vestrae Maiestatis subditos aliquo modo per Samagithiam et Lithuaniam fabricare etc. Quae tamen prudentissimo Regiae Vestrae Maiestatis consilio relinquo, nihil addubitans Regiam Vestram Maiestatem, etiam me non monitore, omnes Suae Maiestatis Ducatus et subditos clementer et bene a quovis malo prudenti suo consilio liberaturam.

Ad haec intellexi Generosum Dominum Oppolinsky¹⁾ etc. in negocio Regiae Vestrae Maiestatis ad Caesaream Maiestatem profectum esse. Neque est dubium Regiam Vestram Maiestatem negocia Ducatus Prussiae apud Caesaream Maiestatem expediunda et promovenda eidem demandasse. Verum cum consilia contra me et subditos meos indies magis magisque augeri Domini et amici mei mihi revelent et consulere nequam desinant, ut hiis maturo consilio praevenire^{e)} cogitem, esse mei officii credo ea omnia Regiae Vestrae Maiestati indicare, firmiter sperans si Domino Oppolintzky negotium Prutenicum hactenus demandatum non est, Regia Vestra Maiestas, considerata summa et extrema fere necessitate, eidem citius omne negotium imponi est demandatura. Quod ut facere Regia Vestra Maiestas haudquaquam gravetur, etiam atque etiam subdite supplico etc. Datae e Regio Monte, XIIII Marcii anno etc. XXXVI.

Cedula

Paucis praeterlapsis diebus perscripsit mihi nobilis ac fidelis consiliarius meus Georgius Klingenbeck, Capitanus Mimenensis, nova quaedam ex civitate Hamburg, quarum copiam Regiae Vestrae Maiestati in praesentiarum subdite transmitto. Ex quibus apparet cum Lubicensibus omne^{a)} negotium compositum. Verum quia aliquae civitates a Lubicensium initis conditionibus pacis dissenserunt terminumque deliberandi acceperunt, esse nonnihil consiliorum prae foribus periculum est, praesertim cum Illustrissimo Domino Palatino Rheni¹⁾. Ad haec accepi hac eadem hora literas ex Gedano, quibus scribitur quendam ex Lubeca navi ibidem appulisse et referre pacem publice in Lubeca de suggestu et in foro proclamatam et promulgatam. Deinde civitatem Ellenbogen ab exercitu Serenissimi Regis Dacie²⁾ vi expugnatam.

Porro cum Hollandos Gedani alias naves emere velle certum^{b)} sit, nesciatur autem, an iidem partes et negotium Illustrissimi Domini Palatini promoveri cupiant, multumque intersit futura aestate secure et libere navigare et mercaturam maritimam exercere, arbitror ex re et utilitate Sacrae Regiae Vestrae Maiestatis esse, ut Hollandis, stantibus adhuc illis practicis et consiliis, naves emere interdicatur, Gedanensibus mandetur, naves bene armatas in promptu ut habeant, ut si quando aliqui locum illum maritimum, quem vulgo vocant Sund, occupare in detrimentum communis boni vellent, parati essent una cum aliis, urgente nimirum et postulante id necessitate, vi etiam eosdem abigere et propellere liberamque navigationem, quam possit fieri fortissime, defendere et retinere. Quod tamen prudentiori Regiae Vestrae Maiestatis consilio cogitandum subdite relinquo. Datae ut supra in literis.

Cum iam clauderem literas, accepi a magnae existimationis viro literas, quibus inter cetera scribitur Reginam Mariam³⁾ severiter interdixisse, ne aliquis subditorum, nisi praeterlapso medio Mayo, ex Inferiori Germania navigaret. Deinde nomine Sacrae Caesareae Maiestatis⁴⁾ circiter triginta maximas bombardas aut pixides^{c)}, ut vocant, Coloniam missas esse, quae in Germaniam Inferiorem oculis transmitti deberent. Id quod Regiam Vestram Maiestatem celare nolui, si quid fortassis eadem pro sua singulari prudentia ex hiis atque aliis olfacere posset. Datae ut supra in literis etc.

- a) *correctum ex: omnem*
b) *sequitur expunctum: est*
c) *in ms. bixides*
1) *Fridericus.*

- 2) *Christianus III.*
3) *regina Hungariae, locumtenenes in Inferiori Germania.*
4) *Carolus V.*

N. 1240

E Regio Monte, 13.III.1536.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojen̄ski]
pro diligente eius opera in expediendis negotiis suis apud regem inter-
posita gratias agit; transmissam sibi copiam legationis regiae ad im-
peratorem sibi placere nuntiat; negotium pagi Coadiutent et rustico-
rum « paululum deliberandum esse » censet.
(Schedula: rogat, ut a rege impetrat, quo Ioanni Rottenberg, aulico
regio, promissa pecuniae summa persolvatur).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 72-73.

N. 1241

E Regio Monte, 14.III.1536.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
gaudet, quod rex litteras suas de Cruciferorum conspirationibus acce-
perit; pro Petro Opaliński oratore ad imperatorem misso et pro sui
et suorum in hac legatione habita ratione gratias agit.
(Schedula: pro Ioanne Rottenberg, aulico regio).*

Cfr. El. XXX, N. 140.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 73-74.

Agit gracias, deinde pro Rottenbergk.
Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Intellexi ex Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae literis, eandem et literas^{a)} meas accepisse et ex illis cognovisse Cruciferorum et aliorum quo-
rundam conspirationes et consilia. Quod autem tanto studio atque dilige-
ntia Sacra Regia Maiestas Vestra tales conatus ad animum revocaverit
ac insuper Magnificum ac Generosum Dominum Petrum Opalinsky lega-
tum ad Romanam Caesaream¹⁾ ac Regiam²⁾ Maiestates eam ob causam
ablegaverit, dici non potest, quanto me gaudio id ipsum adfecerit. Agoque

Sacrae Regiae Maiestati Vestrae, uti Domino meo clementissimo et avunculo charissimo, immortales gracias, quod mei meorumque omnium talem rationem habere dignata est. Video enim salutem et incolumitatem meam Regiae Vestrae Maiestati vehementer curae esse. Summo itaque desiderio nunc expecto Maiestatum Suarum responsum, quod Maiestatis Vestrae Regiae oratori, Domino Opalinsky, dabunt. Ex quo cognoscere licebit, quo animo ipsarum Maiestates erga Sacram Regiam Maiestatem Vestram eiusdemque dominia ac subditos, praesertim autem infeudatum Ducatum meum Prussiae sint affectae. Haec pro debita obedientia responsi loco Sacram Regiam Maiestatem Vestram celare nolui. Quam diu foeliciter valere et ad Nestoreos usque annos vivere vehementer opto. Datae e Regio Monte, XIIIII Marcii anno etc. XXXVI.

Cedula

Non est dubium Regiam Vestram Maiestatem in recenti habere memoria, Maiestatem Vestram Regiam nobili Ioanni Rotenberg, aulico Maiestatis Vestrae Regiae, summam quandam pecuniarum ad subditas meas praeces pollicitam esse, quam cum intelligam hactenus solutam non esse, peto, Regia Vestra Maiestas haud gravatim velit eam rem clementer in memoriam revocare, quo praefatus Rotenberg intelligat me nihil aliud eidem dixisse, quam quod Regia Vestra Maiestas clementer et ex gratia polliceri dignata est. Daturus sum diligentem operam, ut Regiae Vestrae Maiestati vicissim subdite inserviam.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae, XIIIII Marcii

a) sequitur expunctum: nostras

1) *Carolus V.*

2) *Ferdinandus I.*

N. 1242

E Regio Monte, 14.III.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,
pro diligentia in expediendis negotiis suis adhibita gratias agit; negotium
regundorum limitum commendat; ad querelas reginae de notario
Insterburgensi respondet et accusationes contra eum refutat; in causa
mittendarum serpentinarum rogat, ut magnitudinem globorum et
longitudinem bombardarum sibi perscribat; de armis cataphractis
nihil rescire potest.

Cfr. El. XXXV, N. 467.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 75-77.

De regundis finibus, de notario Insterburgensi, de bombardis, de armis cataphractis.

Magnifice et Generose.

Redditae sunt nobis literae Magnificentiae Vestrae, ex quibus animalium Magnificentiae Vestrae erga nos officiosum et benevolum perspeximus. Cuius nomine cum antea Magnificentiae Vestrae diu clementer

addicti fuerimus, nunc plane cogimur Magnificentiam Vestram plurimum amare et colere. Adeo enim Magnificentia Vestra se paratum, promptum et diligentem in omnibus nostris negociis apud Sacras Regiam et Regnalem¹⁾ Maiestates expediundis^{b)} exhibuit, ut penitus ignoremus, an quis alias maiori dexteritate, diligentia et studio laborare potuisset. Quare summo iure Magnificentiae Vestrae summas et maximas agimus et habemus gracias, relationem haudquaquam, nacta occasione, pro nostra erga eandem affectione dimissuri^{c)}. Neque vero est dubium Magnificentiam Vestram in ea erga nos animi propensione firmiter perseveraturam. Et quia negocium limitum adhuc pendet, petimus, Magnificentia Vestra in hoc celeberrimo procerum conventu negocium limitum per occasionem Sacrae Regiae Maiestati in memoriam revocare non gravetur.

Scribit praeterea Magnificentia Vestra, iussu et mandato Reginalis Maiestatis quattuor colonos Prutenos alios quattuor colonos Samogitas in villa Kotzitze vi expulisse etc. Nomen huius villae plane non tenemus, multo minus in quo districtu sit sita. Unde commodum hiis de rebus responsum dare nescimus. Quare cupimus nobis apertius negocium omne, et in quo districtu res gesta sit, perscribi, quo edocto curabimus iusticiam administrari.

Deinde scribit Magnificenita Vestra factorem Iurgenburgensem Reginali Maiestati scripsisse, notarium nostrum Insterburgensem nescio quid incendio in Samagithia vi conflagrasse, pecuniam, pecora et alia abstulisse etc. In hoc negotio petimus, Magnificentia Vestra haud gravetur haec paucula accipere. Factor Iurgenburgensis, aut etiam eius officiales, aliquocies vi in districtum Insterburgensem irruere et rusticos, non requiritis prius officialibus nostris, abigere non dubitaverunt. Quod cum animadverteret officialis noster, dedit nonnullis in mandatis, ut si quando redirent eademque tentarent et auderent, ut hii vim commode arcerent aliosque rusticos defendenter. Iurgenburgenses, explorato eo mandato, semel atque iterum redierunt noctu, aedes eorum, quibus negocium erat demandatum, obstruebant, ne possent illis impedimento esse, et pro libertu quaevis gerebant. Quod ubi denuo tentarent, forte fortuna advenit notarius et advocatus noster, et viderunt Lithuanos abducentes et abigentes rusticos et pecora. Notarius arbitrabatur rem plane iniquam eos perpetrasse et est eos secutus, et circiter ora et fines Ducatus Prussiae comprehendit abductos rusticos, bona ablata et pecora, quae tanquam nostra secum domum reducere volebat.

Contra vero Iurgenburgenses armata manu conabantur propositum nostri notarii impedire. Unde cepit noster notarius bona mobilia rusticorum nostrorum, quae alias commode secum abducere nequiverat, incendio et igne comburere. Sunt itaque bona nostrorum rusticorum, non autem Reginalis Maiestatis, exussa. Et cum hanc vim factorem Iurgenburgensem et suos officiales sine mandato, quod satis certo scimus, Reginalis Maiestatis temere perpetrare palam sit, petimus, Magnificentia Vestra haud gravetur huic negocio ita adesse, quo tales incursionses contra transactiones ab eo non flant, sed vi abducti et alias profugi rusticci, quemadmodum ius et iusticia expostulat, nobis restituantur. Qui si pergere porro ceperit vi irruere, haudquaquam iniurium esse credimus, ut a quavis vi nostros debito modo defendamus.

Magnificentia Vestra petit, quatenus nostro bombardarum magistro demandemus, ut eidem decem serpentinas ferreas fabricaret etc. Magister ille noster ante paucos dies extremum clausit diem. Verum haud grava-

bimur, ut bombardae illae fabricentur, alibi expedire. Est autem necesse, ut Magnificentia Vestra magnitudinem globorum, item longitudinem bombardarum, absque ligno, nobis transmittat. Quod ubi fecerit, dabimus operam, ut Magnificentia Vestra et bonas bombardas et pulchras habeat.

De armis cataphractis nihil rescire^{d)} possumus, quia nullus unquam fuit hic magister eius nominis, erit igitur summe necessarium, ut Magnificentia Vestra nobis nomen illius magistri bene aperiat et quis sit. Quo edocto, nihil unquam, quod in nobis erit, praetermittemus. Hiis Magnificentiam Vestram optime valere cupimus. Datae e Regio Monte, **XIIII** Marcii anno etc. **XXXVI**.

In margine in initio scripti: Nicolao Volscky.

a) *in margine.*

d) *in margine.*

b) *in ms. expidiundis*

1) *Bona.*

c) *verbum correctum.*

N. 1243

E Regio Monte, 15.III.1536.

Albertus dux in Prussia

*Adalberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro promissione negotium regundorum finium promovendi et pro novis
Moscoviticis gratias agit; rogat, ut negotium marchionis Gulielmi ora-
toribus Livoniensisibus commendet; in tractationibus cum legatis ma-
gistris Livoniae vigilantiam commendat, ne ditionibus regis quid ini-
que adimatur; de practicis ab Ordine Livoniensi struendis eum ad-
monet.*

Cfr. El. XXXV, N. 468.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 77-81.

Scribit de renovandis finibus inter Livoniam et Lithuaniam, deinde de reiterandis transactionibus.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generose, Amice nobis charissime.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, ex quibus primum intelle-
ximus brevi conventionem generalem futuram, eandemque pro Dominica
Reminiscere indictam esse. Quod autem Magnificentia Vestra pollicetur
se negocium illud regundorum finium apud optimates Magni Ducatus
Lithuaniae summa diligentia promoturam, agimus pro eo et habemus
Magnificentiae Vestrae ingentes gracias, daturi operam quam maximam,
ut istud omni tempore erga Magnificentiam Vestram studiose promere-
mur. Facit autem nobis Magnificentia Vestra rem non ingratam, quod
nos in literis suis de rebus novis, praesertim autem de captivo illo Duce
Fedorio Owczina, ex proceribus Moscoviae uno, certiores reddit, quo
nihil gratius nobis nec acceptius auditu exitit, agimusque pro eo Magni-
ficientiae Vestrae non minores gratias. Nam pro hoc studio aliquando
etiam referre maiores studebimus.

Scribit porro Magnificentia Vestra de legatione illa, quam Magister
Livoniae¹⁾ in proxime^{a)} praeterlapsis temporibus^{b)} apud Sacram Regiam
Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum clementissimum et avunculum

charissimum, habuit, additque Magnificentia Vestra Magistrum Livoniae scripsisse se omnem illam controversiam, inter Illustrissimum Principem Dominum Guilielnum, Coadiutorem Archiepiscopatus Rigensis, Marchionem Brandenburgensem, fratrem nostrum charissimum etc., et Archiepiscopum Rigensem²⁾ omnemque nobilitatem Livoniensem subortam, non cum pauco suo labore in bona iam conditione stabilivisse, ad multum honorem et commodum Suae Illustritatis.

Nos autem, quibus gratissimum hoc nuncium fuit, Magnificentiam Vestram ignorare nolumus praedictum Dominum Guilielnum etc., fratrem nostrum charissimum, has conditiones cum illis accipere coactum ac per compromissum eo compulsum esse, ut Sacra Regia Maiestas Polonae caeterique amici ac sanguine coniuncti Illustritatis Suae omnes exclusi sint. Quae quidem condicio nobis omnium iniquissima videtur. Cum ergo compromissum in istis periculis temporibus, in quibus multae ac variae passim practicae quaeruntur insidiaque struunt, nullum locum iam habeat, permultum veremur, ne non cum nostro quoque fratre charissimo male actum Livonienses velint. Itaque cum Magnificentia Vestra ultro sese nobis obferat ac gratificandi obsequendique studium suum nobis promittat, rogamus Magnificentiam Vestram, uti amicum et fratrem nobis charissimum, velit primum negocium dicti Domini Marchionis Guilielmi tanto, quanto unquam fieri potest studio, oratoribus Magistri Livoniae commendare, atque ita etiam, ut senciamus Magistrum Livoniae talem factis se praebere, qualem verbis promittit, erga universam Domum Marchionum Brandenburgensium.

Addit postremo Magnificentia Vestra in suis scriptis eundem Magistrum Livoniae pecuisse diem, ad quam deberet suos legatos ad Sacram Maiestatem Regiam mittere ob reformandos et innovandos limites inter Ducatum et Livoniam, eamque ob rem datam et assignatam esse diem, nempe festum proximum Annunciationis Virginis Mariae. Proinde si quid vellemus Magnificentiae Vestrae committere ad agendum in nostris ac fratris nostri charissimi negotiis, aut cum ipsis legatis Livoniensibus, aut etiam coram Sacra Maiestate Regia in ipsorum praesentia, facturam esse Magnificentiam Vestram haec omnia diligenter etc. Nos plane in eo agnoscamus singularem quandam amorem ac studium Magnificentiae Vestrae erga nos, et ut supra in principio fecimus, ita nunc quoque Magnificentiae Vestrae permagnas agimus gracias, nec omittemus, quin hoc beneficium Magnificentiae Vestrae a nobis cum foenore reddatur.

Quam ob rem cum talis dies innovandorum limitum sit constitua et pro certo saepius ad nos relatum Livonienses multum dicionum Sacrae Maiestati Regiae detraxisse, rogamus Magnificentiam Vestram amice ac fraterne, velit hoc in negocio totis viribus incubere, ne quid Maiestati ipsius Regiae iniuste aut praeter aequitatem adimatur, et ut ea pars terrarum, quae antea ipsius Regiae Maiestati iniuste adempta est, restituatur. Nam non minori studio Sacrae Regiae Maiestatis res, ac nostras proprias, promovere cupimus.

Ad haec pro certo comperimus Magistrum Livoniae per hanc quoque legationem a Sacra Regia Maiestate Poloniae etc. petere antiqua illa foedera inter Magnum Ducatum Lithuaniae et terram Livoniae iam de integro renovari. Quod cum ita se habeat et nostra quoque provintia infeudata sit universo Regno Poloniae ac non minus ad Sacram ipsius Regiam Maiestatem pertineat, quam Magnus Ducatus Lithuaniae et Samogithiae, rogamus Magnificentiam Vestram amice^{c)} ac fraterne, velit nostri quoque

Ducatus in renovandis foederibus mentionem facere, quo ille quoque addatur ad dictas iam ambas provincias hoc modo, ne ullum exercitum per Magnum Ducatum Lithuaniae aut Samogithiae^{d)} in perniciem ac detrimentum Ducatus nostri aliarumque terrarum Maiestatis ipsius Regiae Livonienses ducant.

Nam Magnificentiam Vestram ignorare haud arbitramur, Ordinem Livoniensem multas practicas struxisse atque adhuc quaerere adversus nos ac provincias nostras. Id ipsum hoc modo facile praecaveri poterit, et ut Magnificentia Vestra hoc negocium diligenter expediat, etiam atque etiam vehementer desyderamus.

Postremo quoniam Magnificentia Vestra nostri quoque negotii coram Amplissimis Magni Ducatus Lithuaniae Ordinibus in hoc tam celeberrimo conventu mentionem sese facturam pollicetur, precamur eandem summis precibus^{e)}, dignetur ob singularem amiciciam nostram, iam dudum inter nos initam atque confirmatam, tantum nunc nostro nomine elaborare, quo hoc negocium tandem ad finem iustum traducatur. Sed de fide et diligencia Magnificentiae Vestrae nihil quicquam dubitamus, imo maximam spem concipimus eam haec omnia, quae in hisce nostris literis a Magnificentia Vestra petimus, expedituram esse diligenter. Nos etiam Magnificentiae Vestrae pollicemur summum nostrum studium in omnibus, quae ad amplificandam augendamque ipsius cum dignitatem, tum utilitatem faciunt. Magnificentiam Vestram in Christo Iesu foeliciter valere vehementer optamus. Datae e Regio Monte, XV Marcii anno etc. XXXVI.

In margine in initio scripti: Adalberto Gastoldo.

a)-b) *in margine.*

e) *in ms. praecibus*

c) *in ms. amicæ*

1) *Hermannus a Brüggenei.*

d) *correctum ex: Samogithiam*

2) *Thomas Schöning.*

N. 1244

E Regio Monte, 15.III.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschitz

pro litteris 1.III.1536 ad se datis gratias agit; de regis iunioris meliore valetudine gaudet; pro negotii sui Petro Opaliński, ad imperatorem legato, commendatione regi et episcopo Plocensi gratias agere tubet; arma venatoria (Waidmesser) mittit; rogat, ut negotium fratris sui Gulielmi Alberto Gasztold commendet; de pecunia a Livonibus in Imperium transportanda timores suos profert et censet insolitas vias in Lithuania, quibus Livones furtim uti solent, a rege prohibendas esse; de avenae caritate queritur, nihilominus tamen quattuor equos Petri Okuń Ragnetae tenere consentit; de negotio Pauli Fechter latius respondet.

Cfr. El. XLVII, N. 183.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 234v-238.

An Nyckel Nyptschitzen den XV Marcy.

Unsern grus und genedigen willen zuvor.

Erbar und erenvhester rathe und lieber, getreuer.

Wir haben daynen briff, geben zu Wilna am Aschermitwochen gegenwärtigs jhars, als das ander schreiben geschlossen und hinwegfertigt

hat wollen werden, bekommen und allerley erstlich aber daraus verstanden, wes dich am herabzuck mit uns Fassnacht zu halten, wider umbz'keren vorursacht. Dessen gleichen, das bede ko.mt., unser genediger junger her¹⁾ und freulein Isabella, uns viel genediges freuntlichs willens und alles guts zu entbieten, auch das sich irer ko.mt. kranckheit in besserung wendet. Nichtsweniger, das von alter ko.mt., unserem genedigsten herren und freuntlichen, lieben oheme, hern Opolnitzky²⁾ sich von derselben wegen vor bebstlicher heiligkeit³⁾ und kay. mt.⁴⁾ wider Leilandt und andere creutzherren irer vorhabenden practicen halben zymblicher weis zu beschweren, wie dan zuvorn unser begeren gewesen, bevolhen. Des alles thun wir uns in untherdenigkeit hohes, freuntlichs vleis gegen deiner person mit genaden bedancken und sein hochlich erfreuet, das ko.mt. des jungen herren gesuntheit, nachdem wir dir in anderem unserem schreiben ko.mt. in schwacheit von unsertwegen zu besuchen mit becla-gung irer kranckheit volgents untherdeniger, gepurlicher dinstentbietung und zuentbietung, welchs du sonder zweifels mit guther geschicklichkeit, darin wir dir kein mass zu setzen wissen, anbringen und ausrichten wirdest. Doch wollest mit anhencken, das wir Got, den almechtigen, umb seiner ko.mt. langwirige gesuntheit embsigk zu biten nicht untherlassen wollen, und dieweil solchs gedachtem Opolnitzky uns zugut durch furdernus unsers freundts von Plotzky⁵⁾ etc. zu werben auferlegt von unsertwegen untherdenige und seyner lieb hohe, freuntliche dancksagung thun mit bevelhung als sichts gepurt. Und wollen uns gegen unser freuntlichen, lieben gemahel, die one das freulein Isabelle mit aller freuntlikeit wilferig zu seyn geneigt ist, bearbeiten, domit die form oder muster von den kreutzen, so ir lieb an der vergangenen hochzeit zu Crockaw getragen und gefurt, hernachmals aufs furderlichst imer muglich, dan es viel arbeithe niembt und bedarff, uberschickt.

Das sie aber^{a)} alleyn von schlechtem zwirn und garn lauts deines schreibens zugericht sollen werden, wil sich jhr nicht finden, sonder wil dannacht mit gepurlicher gezirde gescheen, und wollen wol auf wege gedencken, dardurch sie fuglich und unvormarcft hochgedachter freulein^{b)} Isabelle durch unser gemahel neben den wulsten, so diefrauen unther dem hauptbund tragen, und wie man sie in unserem frauentymer tregt und gebraucht, ubersendt werden, wie wir gleichsfals gegen ko.mt. unserm gnedigsten jungen herrn mit den waidmessern thun. Soviel nun dieselben betrifft, schicken wir dir zwey waidmesser. Die wollest deinem selbstgutduncken nach neben herren Nicklasch⁶⁾ gegen den andern waidmessern, so von Beyern und Pfaltz vorhanden, probiren und abstehen. Und wen ir befindet, das wir erlich bestehen und faren sollen, so wollest sie mit gepurlicher reverentz und musterworten, wye^{c)} ir dan wol zu thun wist, uberantworten. Woe aber nicht, so wollest das spitzige waidmesser, welchs unsers erachtens nicht undinstlich, und ein where fur eynen prelaten sein solt, unserm geliepten freund von Plotzky in massen, wie oben geschehen, het sollen zu handen stellen und das ander uns widerumb alher fertigen.

Und wiewol wir herren Gastalten⁷⁾ etc. auf sein schreiben mit dancksagung von wegen seynes erpietens in sachen die grenitzen zwuschen Littawen und Preussen, unsern brudern, maggraffen Wilhelm etc. bey der leifländischen potschaft zu bedencken und anders mehr belangende, wi-derumb geantwort, so wollest doch von wegen unser person auch zu thun. Doneben des nach bey ime zu furdern nicht untherlassen, sonderlich wo

er mit der konigin⁸⁾ wurde der grenitzen und ander handlung halben rede halten, sich darin als ein guther freundt, wie unser vertrauen zu ime steht und er sich auch erbeuth, beweisen, domit wir einesmals dasjenige, so uns aus pilligkeit zukoembt, mit ruhe besitzen mochten. Und wollen umb deiner bith willen den jungen bey uns zu hoff und in genedigem bevelch erhalten und sein gereith die briff alle nach lauth der titel^{d)} an gepurende orter bestellt werden^{d)}.

Und verhoffen, das die person, davon wir dir zuvorn in unserem schreiben meldung gethan, ob dieselsb zu solchen botschaften und hendeln zu brauchen moglich oder tuglich were etc. nicht mehr, dan soviel man sie selbst verdecktigk helt, verdecktig sein solt. Woe aber solche person gemeinen nutz dinstlich sein mocht, wirdt ungezweifelt der Almechtig nach seynem gotlichen willen die wege schicken, das die frauen, auch andere, bey welchen dieselbe person in verdacht, wol leiden mogen, das sie zu solcher handlung gezogen und gepraucht.

Das du aber ferner anzaigest, was die durchfarth des geldes aus Leif-lanth ins Reicht belangt, wie ko.mt. wol leiden mocht, das jemants so geschickt der gelt und bothen aufhuebe, desgliechen^{z)} das nach ime rathe und unbeschlossen, ob man uns oder unsren zweyen heuptleuthen Memel und Rangneth derhalben briff, das mans in Samaithen nicht irren, sonder vielmehr hilfflich und retlich derwegen erscheinen thet, zuschicken werden, macht uns dasselbig allerley bewegnus. Wollen ime aber weiters nachdencken und wes uns alsdan furfelt, domit weiterung, soviel muglich, vorkommen, dir genediglich mittheilen. Uns deucht aber nicht ungerathen sein, so ko.mt. diss und anders verkommen haben wolt, das die lithawischen ungewonliche strassen, dardurch sich Ordens kaufleuthe und andere person heimlich durchstelen und nuhemehr das sie itzundt gemeinlich gepraucht, nicht heimliche, sonder gemeyne wege wolgement mogen werden, gantz und gar verpothen. Also musten sie wol auf diese strassen kommen. Wes alsdan ko.mt. darin gefiele, koent demselben wol mit guther geschickligkeit nachgegangen werden, allein weder uns, oder unsren heuptleuthen noch zur zeit disfals keyne briff uberschickt worden.

Dem herren Okun⁹⁾ etliche ross auf unserem schlos Rangneth ein zeitlang futtern zulassen, wiewol wir ime und allen guthen gesellen mit gnaden gern whilfaren wolten, macht uns diese bedencken. Thun wir es dem, mochten wir von andern mehr gleichfals angelangt werden. So ist der habern derorth zu Rangneth nicht zu wolffel; müssen denselben meisttheils erkeuffen, und ist ubel, soviel wir des gern zur notturft hetten, umbs gelt zu bekommen. Hierumb domit wir nicht zuviel auf uns laden und bey andern, so dan auch bey uns, ansuchung thun mochten, nicht undanckbarkeit schoepften und uns gleichwol gegen egemelten ehrn Okun nicht gern gantz abschlegig beweisen wolten, so sein wir zufriden, das du ein vier pferde des Okuny, als gehorenten sie dir und in deinem nomen gen Rangneth, ein zeitlang doselbst in futter zu halten, schicken thust, doch niemants nennen, als dienten wir andern, sonder dir allein als unserem getreuen diener, wie du dich dan in dem wol der gepur wirdest wissen zu halten.

Wie du uns ferner schreibest mit vermeldung, wes her Georg Schabken, vicecancler in der Cron Behem etc., an dich vonwegen Paulen Fechters geschrieben und wes derhalben deine bedencken, hierauf wissen wir dir nicht zu vorhalten, das wir uns gegen demselben herrn Schabken auf

sein schriftlich ansuchen in Paulen Fechters, sowol als in andern sachen
dermassen mit genaden erzeigt, do wir vorhoffen, so er dasselbig bey
sich bedenckt, er selbst urtheilen muss, das wir ime soviel zimlich in
seinen sachen und bitten mit genaden whilferig erschienen und dieselben
gern gefurdert und vertragen gesehen. Und noch haben aber, wie dir
auch zuvorn unsers versehens zugeschrieben mit demselben Paulen
Fechter also viel vorfuegt, so ime ein genuegklich und ungeverlich gleith
durch den Schabken von romischer, hungarischer und behemischer ko.
mt.¹⁰⁾ zu eyner stelle in derselben konigreichen vhelich abe- und zuzuraisen
gegeben und zugeschickt, das er sich auf solchs zu herren Schabken ver-
fugen, dorumb er auch also auf solch gleith teglich warten und in willen
ist, so ime dasselbig gleith zukommen wurde, das er sich, wie erzelt, zu
ime, Schabkenn, begeben wolle. Dieweil er dan unser unthersas, ehe und
zuvorn wir von seyner handlung, die er mit dem herrn Schabken zu
thun, wissenschaft gehabt, geworden, das seine unther uns nider und ange-
legt, als andere in diesen und andern furstenthumb sich niderzulassen
und zu thun pflegen, wie dan diese stete und landt der meisten von aus-
lendern besetzt und bewhonet werden und er sich zu vertragen, im
fhal auch so der vertrag (des er doch nicht verhoff) entstunde, alsdan
alhie fur uns einem idern gepurlichs rechtens zu gestehen sich erbeuth,
so haben wir solch sein erpieten, domit wir nicht andern unsern getreuen
underthanen, so sich hinter uns gesast, nachdencken geben, als das wir
uber denen, welche gepurlichs rechtens fur uns leiden wolten, nicht halten
thetten, nicht fur unzymblich geacht und inen weiter biss auf Michaelis
konftig, auf das er sich mitler zeit, so ime gleith, wie oben gemelt, aus-
gebracht und behendigt, vertragen mocht, verglaithen lassen. Woe aber
ein solchs binnen der zeit nicht geschehe, so wollen wir abgedachten herrn
Schabken, oder wer zu demselben Paulen Fechtern rechtlich zuspruche
zu haben vermeint zu einem leib habe oder guthern gepurlichs rechtens
gestaten, welchs unsers erachtens jhe herren Schabken oder andern nicht
ungelegen, sonder nutzlicher sein sollte, weder so wir jnen ungelaith mit
dem seinen, welchs wir ime mit fuegen nicht wol aufzuhalten wissen,
von uns kommen lassen, do man gutlichs vertrags oder rechtens bey ime
oder seinen guthern alsdan villeicht nicht^e zu finden wurd wissen, des
wir also herren Schabken domit genedigen willen zu beweisen fur das
beste angesehen und haben dir solchs neben zuschickung seines, des herrn
Schabken, an dich gethan schreiben, nicht untherlassen wollen zu ent-
decken, auf das du jnen damit zu beantworten und unseren woltmeynigen
gnedigen willen zu vorstendigen, auch darneben anzuzaigen, das er nurn
ein genugsam, wie oben gemelt, gleith dem Paulen Fechtern zuschicke, so
sol er dohin gewiesen werden, sich zu gestellen und umb vertrag zu
handeln. Woe aber dasselb von ime, Paulen Fechtern, alsdan vorplieben,
so wollen wir, wie zuvorn gemelt, nach verflossenem gleith gepurlichs
rechtens ime, herrn Schabken, nach niemants über Paulen Fechtern
wegen etc., das unser und unser freuntlichen, lieben gemahel¹¹⁾ gesuntheit
diese Vasnacht bey gros und clein, mit wein und meth wol begessen und
unser im besten gedacht, das du nicht verhoffst, uns schwach zu sein. Nun
geraicht uns unser herren, freunden und erlichen, gutten gesellen wol-
gemeynende zunaigung, sofern es nurn mit irer gesuntheit beschehen, zu
angenemen, sonderem, freuntliche, guttem gefallen in freuntschaft und
allen gnaden widerumb zu beschulden. Und lass dir es nicht frembde sein,
das man von unser schwacheit am koniglichem hoff gerecht (das Got lob

nicht ist), dan wir in glaubwirdige erfahrung gekommen, das man uns zu Lubeck, Hamburg und andern umbligenden orten auch fur tode gesagt, zudem ein new geschrey von uns in Polen, als solten wir in der Fasten von einem gebratenen rephun gessen haben und daran erworgt sein. Und ist nicht one. Wir haben zu dieser zeit von rephunern gessen, aber sein uns wol bekommen. Und hetten wir nur viel derselben, sie solten uns in der Fasten, Got gebe, das wir sie mit dancksagung brauchen, sowol als in Ostern schmecken. Verhoffen zu dem Almechtigen, diets alles sol unser lang leben sein, genediglich begerende, du wollest in allem dem, so wir an dich siennen thun, moglichen vleis nicht sparen, doneben uns sampt unser freuntlichen, lieben gemahel und jungen tochter¹²⁾ ko.mt. alles theils untherdeniglich und freuntlich bevelhen, nichts weniger herren und guthen gesellen, die es freuntlich und treulich mit uns meynen, in meliori forma grussen und selige wolfarth wunschen, zudem und beschlislich uns unsers nichtschreibens eigener handt, desgleichen das wir den nicht untherschrieben, dan es beides, das wir eilenz in unsern gescheften nach der Mymel auf gewesen, verplieben. Das wollen wir zusamt dem andrem in danckbarkeit und sondern genaden gegen deyner person abzunehmen nicht vergessen. Datum Konigspergk, ut supra.

- | | |
|--|------------------------------|
| a) <i>supra lineam</i> | 4) <i>Carolus V.</i> |
| b) <i>in ms. feulein</i> | 5) <i>Ioannes Chojeński.</i> |
| c) <i>sequitur expunctum: aber nicht</i> | 6) <i>Nicolaus Wolski?</i> |
| d) <i>bis scriptum</i> | 7) <i>Albertus Gasztold.</i> |
| e) <i>bis scriptum</i> | 8) <i>Bona.</i> |
| 1) <i>Sigismundus Augustus.</i> | 9) <i>Petrus Okuń.</i> |
| 2) <i>Petrus Opaliński.</i> | 10) <i>Ferdinandus I.</i> |
| 3) <i>Paulus III.</i> | 11) <i>Dorothea.</i> |
| | 12) <i>Anna Sophia.</i> |

N. 1245

E Regio Monte, 20.III.1536.

*Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
de morte episcopi Cracoviensis [Petri Tomicki] et castellani Cracoviensis
[Andreae Tęczyńskiego] dolet; sperat pacem inter landgravium Hassiae
ducem Wirtembergensem et comitem palatinum Rheni futuram.
(Germanice)
Cfr. El. XLVII, N. 186
Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 238-238v.*

N. 1246

E Regio Monte, 22.III.1536.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibsritz
causam Ioannis a Werden, cum Ioanne Luzjański, palatio Culmensi, de
arce Rheden (Radzyn) ei intercedentem, commendat.
(Schedula de eadem re)
Cfr. El. XLVII, N. 190.
Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 238v-240.*

An Nyptschitzen dem 22 Marcy.
Unsern grus und genedigen willen zuvorn.
Erbar und erenvester, lieber, getreuer.

Inligendt hastu vertrauter genediger meynung, welchs wir auch also bey dir in der geheimb vertreulich zu halten mit genaden begeren thun, wie sich die handlung zwuschen dem colmischen woiwoden Johan Lusiens¹⁾, heuptman auf Reden, und Johan von Werdenn, burggraffen und burgermeistern zu Dantzig, heuptman auf Neuburgk, vonwegen etlichs anlehens belangende dasselbig gepiet Reden, begeben hat, desgleychen, wes egemelter Johan von Werden etc. an uns bithen thut, genugsam zu vornehmen. Dieweil uns aber die handlung dermassen ansehen thut, als wolte letzlich aus solchen und dergleichen practicen und zunotigung nicht viel guts, welchs wir dan auss schuldiger gehorsamer pflicht, domit wir ko.mt. zu Polan etc., unserm gnedigsten herren und freuntlichen, lieben ohemen, derselben hochloblichen Cron verwanth, auch diesen gemeynen landen zum besten, unsers hochsten vormogens gern vorkommen wolten, erfolgen und befinden, doneben gleichwol das demselben von Werden (dem wir umb seiner erbarkeit und treuhertzigen, untherthenigen gemuth gegen hochgedachter ko.mt. zu Polan etc. willen mit besonderen genaden gewogen) aus anderer leuth abgoenst und anraitzung solchs zugericht wirdt, zudem thut er unsers ermessens, seinem bericht nach, nichts ungleichs bitten und sich zu unserem freund und brudern, dem herrn bischoffen zu Plotzky²⁾, alles genedigen willens seiner lieb gegen ime, den von Werden, oftmals boschehenem erbieten nach, hochlichen vortrosten, so ist hierumb unser ganz gnedigs begeren, du wollest bey itzt genantem unserem freund von Plotzky etc. (doch alles in gutem vertrauen) vleissig und mit guther geschicklichkeit, wie du dan wol zu thun waist und der sachen notturft erfordert, umb unsertwillen und dem genedigen vertrauen nach, so der von Werden in sein lieb trostlich setzt, vorfurdern helffen, und bitten, auf das durch seiner lieb vorsichtigkeit und untherpauung also viel verhandelt, domit hochgemelter ko.mt. ob solcher sachen keinen ungenedigen willen gegen berurters Johan von Werden etc. in erwiegung angezaigten ursachen und seyner treuhertzigen, underthenigen, wolmenenden gemuets, so er zu ko.mt. tregt, schoepfen, sonder viel mehr mit koniglichen genaden seyner bith stathgeben moge. Und besorgen uns, das nicht der schreiber von Marienburgk Ludovicus, dorvon des von Werden schriften meldung thut und itzund in kurtz zu ko.mt. geschickt ist worden, des diener sey, durch welchen diets und anders (wie du dan zuvorn aus unsern briefen zum theil bericht empfangen) viel zugericht wirdt, daraus, entlich, woe nicht gut zeitlich, verkommung beschicht, hochbeurter ko.mt. zu Polan beschwerung, unruhe und des argen mehr, den gutes entstehen mecht, nicht zweifelende, du werdest an deinem moglichen vleis, als der, welcher dem von Werdenn auch gern dient, neben unserem freund von Plotzky, doch gleichwol alles wie oben erzelt, vortrauter weiss nichts erwinden lassen und das darbey thun, das der sachen dinstlich sein und der von Werden seyner zimlichen bith gnediglich erhoret werden mocht. Das garnicht uns von dir zu sonderem dencklichem gefallen in gnaden widerumb zu erkennen. So wirt es ungezweift offtgemelter Johan von Werdenn etc. in allem guten gegen dir zu vorgleichen und zu vordinen nicht vorgessen. Datum Konigsperrg, ut supra.

Cedula

Und wiewol wir gar nicht zweifelen, du werdest solche handlung lauts unsers begerns bey dir vertraut pleyben lassen und in der geheim vorstellen, so wollen wir doch nachmals an dich mit allen genaden gesonnen haben, du woltest solchs umb villerley ursachen und bedenckens willen wie du dan, als ein hochverstendiger, leichtlich zu ermessen, keyner andern gestalt, dan wie gebeten, vortreulich handeln und unser, desgleichen offt gedachts von Werden schreiben in der geheym bey dir behalten. Wollen dir aber gleichwol doneben dich dest bas darnach wissen zu richthen, genediger meynung nicht bergen, das wir auf anlangen benents von Werdenn ko.mt. zu Polan und unsern freundt von Plotzky derhalben mit unsern schriften undertheniglich und freuntlich auch ersuchen. Vorhoffen, sie sollen ime, dem von Werdenn, nicht undinstlich, dir mit genaden sein wir gewogen. Datum, ut in literis.

1) *Ioannes Luzjański.*

2) *Ioannes Chojeński.*

N. 1247

E Regio Monte, 22.III.1536.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

Gregorium Nussdorffer (Nossdorffer). fratrem Friderici Nussdorffer architecti, mittit et commendat, ut ei in arte caedendi lapides apud aliquem bonum lapicidam ediscenda adsit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 240.

N. 1248

E Regio Monte, 23.III.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

refert controversiam inter palatinum Culmensem [Ioannem Luzjański] et Ioannem a Werden exortam, qui cum dicto palatino Culensi convenit, ut ei summam quandam pecuniae mutuo daret, ipse vero reciperet medium partem districtus Rhedensis; ad quam conventiōnem servandam consensus etiam regius ab episcopo Culensi [Ioanne Dantisco] impetratus erat; rogat igitur, ut rex sententiam suam hac in re nunc mutare nolit et totum negotium episcopo Varmiensi [Mauritio Ferber] et episcopo Culensi, adiunctis aliquot aliis, decidendum et componendum demandet.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 142 et El. XXXV, N. 472.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 81-84

E Regio Monte, 26.III.1536.

Albertus dux in Prussia

Gregorio Gregorii Ościkowicz (in ms. Hostichovitz), incisori regio, pro Venceslao Jancknero, concionatore arcis Memelensis, controversiam cum eo habente, intercedit, ut pro iniuria sibi illata « condigno aliquo pretio absvolvi queat ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 84-85.

E Regio Monte, 29.III.1536.

Albertus dux in Prussia

Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, pro salvo conductu Venceslao Jancknero, concionatori arcis Memelensis, controversiam cum Gregorio Gregorii Ościkowicz habenti, praeterito anno a rege impetrato gratias agit eumque iterum commendat, ut ei consilio et auxilio suo adsit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 85-86.

E Regio Monte, 2.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Kuncewicz, capitaneo Georgenburgensi, accusationes eius contra notarium suum Insterburgensem refutat et ipse officiales eius accusat; de falsis delationibus in damnum suum regnae factis et de transfugis non restitutis queritur.

Cfr. El. XXX, N. 144.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 87-90.

De notario Insterburgensi. De pago Coadiuten. De transfugis colonis. Nobilis et Generose.

Oblatae sunt nobis Dominationis Vestrae literae, quibus eadem scribit notarium Insterburgensem et alios unum atque alterum rusticum e Reginalis Maiestatis¹⁾ dominiis, cum tota suppellectili, equis, pecoribus, pecunia et aliis rebus, abduxisse. Insuper et igne aedes et alias res domesticas subditorum Reginalis Maiestatis conflagrassese. Quare petit Dominatio Vestra iusticiam administrari, notarium in^{a)} confiniis coram sisti et ablata^{b)} restitui etc. Evidem si res ita, ut Dominatio Vestra indicat, gesta esset, esset quod iure notario nostro succenseremus. Verum negotium totum multo aliter atque narratum Reginalique Maiestati indicatum est, actum esse pro exploratissimo nobis constat. Quod ut Dominatio Vestra intelliget, cupimus paucis accipi.

Officiales et alii Dominationis Vestrae servitores non dubitaverunt a paucis praeterlapsis temporibus saepius in Ducatum nostrum, non

requisitis prius Capitaneis et officialibus nostris, vi irruere et rusticos nostros cum omnibus eorum bonis mobilibus abducere. Insuper aedes eorum, quibus cura rusticorum demandata erat, noctu obstruebant, ut postea liberius et tucius quaevis perpetrare possent. Quae res an sigillatis et iuratis transactionibus conveniat faciatque ad bonam vicinitatem conservandam, cum sit in confesso, urgere nolumus. Cum autem forte fortuna notarius noster aliquos pagus²⁾ visitaret, contigit vestros id ipsum, quod olim facere ausi erant, denuo peragere. Hoc temerarium factum noster notarius prohibere contendebat, invasores inseguendo. Quos ubi in ipsissimis^{c)} confiniis et oris deprehendisset, non arbitratus est ita dimittendos, quinimo captivos et abductos nostros rusticos una cum bonis ablatis redemit, quos noluit secum domum reducere. Verum quia Regiae Maiestatis subditi concurrebant impedireque volebant propositum nostri notarii, erat fere impossibile singulas res ablatas domum secum reducere^{d)}, et cum noluisset eas invasoribus relinquere, igne comburendas esse censuit. Ita se rem habere et non aliter, neque quicquam praeterea notarium egisse certum est.

Unde apparet, uter deliquerit et quam vera Reginali Maiestati bonus ille vir, quisquis ille tandem sit, indicaverit. Cumque maiorem esse noxam ex parte Dominationis Vestrae nemo non intelligat, resque nostrorum subditorum ablatae et conflagratae sint, non videmus, qua de caussa notarius^{c)} in confiniis iudicio sese sistere debeat. Quare negotium omne ad conventum utriusque partis, tam Regiae Maiestatis, quam et nostrorum commissariorum, differendum^{f)} esse censemus. Qui perspecta veritate iusticiam indilatam fieri culibet parti demandabunt. Cupimus autem, quia tales et similes incursions nedum contra transactiones, sed et contra omnia iura mundi flunt, Dominatio Vestra velit suis mandare et se veriter interdicere, ne in posterum tale quid conentur. Nam si pergere porro ceperint, haud iniurium esse credimus nostros a quavis incursione et vi defendere. Id quod nostris, ut diligenter faciant, in mandatis daturi sumus.

Porro quod attinet ad excusacionem Dominationis Vestrae, nolumus eandem ignorare Sacram Reginalem Maiestatem haud ita pridem nobis perscrispisse, eidem indicatum esse nos antiquos colonos de quadam villa expellere, aliasque et quidem novos intrudere velle. Quod cum aliter se habeat, mirari satis nequimus, unde et a quo tales minime sic se habentes delationes ad Reginalem ipsius Maiestatem fiant. Non enim erubescimus coram Reginali ipsius Maiestate ad quaevis nostra mandata respondere. Verum cupimus vicissim, ut hii, qui talia scribere audent, vera Reginali ipsius Maiestati, si quid referre velint, indicent. Et quia accepimus antiquos colonos a Dominatione Vestra depulsos, petimus clementer, quemadmodum et aliis nostris literis postulavimus, Dominatio Vestra patiatur antiquos colonos in eorum bonis permanere vel saltem quoad proximum commissariorum conventum, quibus postea diiudicandi libera erit facultas, utra pars male negotium narraverit^{g)}, ^{h)caussam} suspendere etc.ⁱ⁾.

Scripsit nobis haud ita pridem Sacra Reginalis Maiestas, ipsius Maiestatem omnibus officialibus in mandatis dedisse, ut transfugos rusticos sine aliqua ulteriori dilatione secundum deactas transactiones restituant. Hanc Reginalis Maiestatis voluntatem adimpleri aequitas et ratio exposulat. Et quoniam multi ex districtu Insterburgensi coloni in Lithuaniam transfugerunt, scriptum est ea de re saepissime ad Dominationem Vestram.

Verum hactenus nihil quicquam impetratum est, quod an regiis mandatis iuratisque etⁱ sigillatis transactionibus conveniat, aliorum iudicio relinquimus.

Porro quod iam recens malum suboriatur, tacere nolumus, clementer petentes, Dominatio Vestra^k) velit eas adhibere operas, ne quid temere contra nos et nostros inchoetur. Compertum enim habemus multos nostros colonos ad Dominationem Vestram transfugere. Hos imprimis petimus nostris restitui. Deinde est quidam transfuga penes vos nomine N., qui cum saepissime sit vocatus, nunquam autem restitutus, tandem talia proferre ausus est: se nolle redire hac conditione in patriam. Verum ita esset olim redditurus, ut aliquos rusticos nostros in eorum aedibus noctu obstrueret et postea incendio conflagraret etc.

Haec dicta et facta non facere ad conservandam bonam vicinitatem palam est. Cupimus itaque, Dominatio Vestra velit suos hoc pacto erudire et castigare, ne talia conentur et dicant. Nam si facta dictis aequata fuerint, pares rependere vices nostrosque defendere cogemur. Clementer postulantes, eadem velit talia cum suis, quae ad bonam vicinitatem conservandam et augendam pocius, quam dirimendam faciant, conari et peragere. Id quod nos et nostros officiales diligenter et sedulo facturos esse pollicemur. Dominationem Vestram valere cupimus. Datae e Regio Monte, 2 Aprilis anno etc. XXXVI.

In margine in initio scripti: Domino Iwan Kuntzewitz, Capitaneo Georgenburgensi.

- | | |
|-------------------------------|------------------------------|
| a) supra lineam. | g) sequitur expunctum: ecc. |
| b) in ms. oblata | h-i) alia manu. |
| c) in ms. ipsissimis | j) sequitur expunctum: sillg |
| d) correctum ex: ducere | k) sequitur expunctum: Do |
| e) sequitur expunctum: noster | l) Bona. |
| f) in ms. differendam | |

N. 1252

E Regio Monte, 3.IV.1536.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Petro Gamrat]
intercedit pro subditis suis districtus Ioannisburgensis in confiniis cum
Masovia habitantibus, sibi de vicinis eorum Masovitis conquerenti-
bus, qui antiquos limites mutare ausi sunt aliasque iniurias et vio-
lentias eis inferunt; rogat, ut dictos Masovitas ab eiusmodi propo-
sitis coercent.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 480 (schedula).

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 90-91.

E Regio Monte, 4.IV.1536

*Albertus dux in Prussia
castellano Lanciciensi [Ioanni Kościelecki]
de clandestinis consiliis, quae aliqui contra se et subditos suos struere
conantur et quae ex re et utilitate regis et Regni Poloniae irrita facere
necessarium est.
Ostpr. Fol. vol. 49, ff. 766-767.*

Salutem et benevolentiam nostram.
Magnifice et Generose.

Quamquam hactenus de officioso Magnificentiae Vestrae erga nos animo pulcherrima et quidem quam plurima habuerimus documenta, attamen quia Magnificentia Vesta nobis per affinem suum, Stanislaum de Lasko, militem et Castellanum etc., officiosa sua servicia offerri voluit, non potuimus non id ipsum, quod dudum antea certo comperimus, certissimo nobis polliceri. Cum vero Magnificentiae Vestrae ad haec officia^{a)} sua servitia nullam penitus praestiterimus occasionem, coniecturam facere possumus haec omnia haud aliunde, quam quia Serenissimo Regi Poloniae, Domino et avunculo nostro clementissimo, coniuncti simus, emanare. Quo nomine minime falli debet Magnificentia Vesta, nos haud alio atque clementissimo erga Magnificentiam Vestram animo clementer, ut hactenus semper, ita nunc percipere affectam esse et perseveraturam Nihil plane addubitamus Magnificentiam Vestram in ea animi sui officiosi prompitidine longevos in annos permansuram. Porro non est dubium Magnificentiam Vestram perceperisse, quae clandestina^{b)} consilia aliqui contra nos nostrosque subditos conentur, quae irrita fieri tam ex re et utilitate Sacrae Regiae Maiestatis amplissimaeque Coronae Regni Poloniae, quam ex nostra esse certum est. Unde clementer petimus, Magnificentia Vesta velit, si quid hiis in rebus boni una cum aliis praestare et facere, de quo minime dubitamus, poterit, faciet in eo rem gratissimam, nosque omni gratia et clementia adiunctis etiam honestis premiis remunerare clementer studebimus. Quod ut sedulo diligenterque faciat, etiam atque etiam clementer petimus. Magnificentiam Vestram sanam et salvam esse cupimus. Datae e Regio Monte, 4 Aprilis anno etc. XXXVI.

Commissio Principis propria
Cancellarius.

In margine in initio scripti: Castellano Lenciciensi.

a) error pro: officiosa
b) in ms. claudestina

E Regio Monte, 6.IV.1536.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschtz
copiam contractus inter Christianum III regem Daniae et Lubecenses
initi atque confessionem Georgii Wullenweber transmittit et rogat,
ut haec scripta regi et episcopo Plocensi perlegat et latine convertat;*

*causam suam et subditorum suorum, banno imperiali in se edito
etiam subiectorum, regi commendari petit.*

(*Schedula: mittit nova ex Norvegia et Holsatia accepta*)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 241-242.

An Nyckel Nybschitz den 6 Aprilis.

Unsern gruss zuvorn.

Ernvester, lieber, getreuer.

Nachdem uns verruckter zeit abschriften des vertrags zwischen unserm freuntlichen, lieben herren ohem, schwager und brudern, herren Cristian, jtzigem erwelten konig zu Denmarcken etc., und denen von Lubeck, der denischen bissher erhaltener rhede halben aufgericht, desgleichen die urgicht des Wollenwebers¹⁾ zukommen, weren wir gantz wol geneigt und begirig gewesen, solchs allenthalben ins latein zu bringen und transferiren zu lassen und alsdan ko.mt. zu Polan etc., unserm gnedigsten freuntlichen, lieben herren und ohemen, zuzeschicken und nicht zu vorhalten. So sein wir doch jtzundt mit so vil mancherley teglichen obligenden gescheften beladen, das wir solchs nicht haben beybringen konnen, aber dennacht nicht undterlassen wollen, dir des abschriften deutzs, in massen unz solchs zukommen, hiemit zu uberschicken, gnediglich begerende, du wollest solchs ko.mt., dieweil dieselb teutsch vorstehen, vorlesen, nichts weniger auch unserm besondern lieben freunde und bruder, dem herren bischoffen von Plotzky²⁾, sovil moglich, vertolcken etc.

Und nachdem in der urgicht des Wollenwebers etliche namen allein mit N V N und nicht aussdrucklich gesetzt und solchs auch also an uns gelangt, on zweifel der ursach und mit sonderm rath namhaftig einzuleben verplieben, das diejhenigen, so deshalb auch bezechtigt sein mochten, irer gepurlichen straff ungewarnet und unversehens nicht entgehen werden, ist demnach unser gnedigs synnen an dich, du wollest ko.mt., desgleichen den von Plotzky etc., underthenige und freuntlich vleiss bitten, uns deshalb gnediglich und freuntlich entschuldigt zu wissen, angesehen das wir denselben solchs nicht anders, dan es an uns gelangt, zuschicken haben khonnen, im fhal aber, das solchs hernachmals mit aussdrucklichen namen und worten an uns gereichen wird und durch ko.w. zu Denmarcken im rath dermassen ausgehen zu lassen befunden, sol alsdan hochgenanten ko.mt. und dem von Plotzky solchs auch unvorhalten pleiben.

Zum andern ist uns von den advocaten des kayserlichen camergerichts ein schrift darinnen vormeldt wurdt, welcher massen prelaten, ritterschaft, adel, stend und stedt unsers hertzogthums Preussen in die acht verfolgt und publicirt sein sollen, ubersandt worden, davon wir hochgenanter ko.mt. zu Polan abschriften, in latein verfast, hiemit zugeschickt haben mit angehefteter undertheniger bith, sein ko.mt. wollten gnediglich daran sein und vorfurdern helffen, damit solchem furnehmen mit zeitlichen und reiffen rathe, wie dan sein ko.mt. aus hohem verstandt wol ze thun wurde wissen, schleunige und furderliche vorkommung bescheen mochte. Damit nu solchs alles nach gepurender nodturft vort und in khein vorgessen gestelt werde, so wollen wir dir gnediglich bevolhen haben, du wollest jtzgemelts handels halben bey ko.mt. und obgedachtem unserm geleptem freundt und bruder, dem herren bischoff von Plotzky,

undterthenige und vleissige anregung und erinnerung ze thun und mit hochstem getreuen vleiss zu sollicitiren nicht underlassen. Daran thustu unser meynung gnedigs guts gefallen in gnaden widerumb zu erkennen. Datum Konigspergk, ut supra.

Cedula

Wir uberschicken dir auch hiemit norwegische^{a)} zeitungen boess teutzsch, welche wir sobald in das latein nicht haben pringen konnen lassen. Ist derhalben an dich unser gnedigs begern, du wollest dieselben ko.mt. auch mitteylen, damit ie sein ko.mt. zu ersehen, das gleichwohl allerley practicken des pfaltzgrafen halben vorhanden. Wir wollen aber zu Got verhoffen, das al ir anschlag zurück sol gehen.

Wollest auch dem bischoff von der Wild^{b)} die holstenischen zeitungen, als den vertrag, auch mitteylen und sonst keyne. Daran thustu unser gnedigs gefallen. Wir uberschicken dir auch hiemit eynen briff, den wir des Rottenbergers halben an ko.mt. geschrieben, darauf du hinten seynen namen finden wirst. Derhalben, wo es dich und jnen deucht gerathen sein, mag man denselben ko.mt. überantworten. Datum, ut in literis.

a) sequitur expunctum: boess

1) Georgius Wullenweber.

2) Ioannes Chojeński.

3) agitur de Ioanne e ducibus Lithuaniae
(qui 15.III.1536 ad sedem Posnaniensem
translatus est) potius quam de Paulo
Holszański, qui ei successit.

N. 1255

E Regio Monte, 8.IV.1536.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae*

*sudet, quid et quomodo rex iudici et assessoribus Iudicii Imperialis
Camerae in negotio banni contra se, feudatarium principem et vasal-
lum regis, et subditos suos lati scribere debeat etc.*

Cfr. El. XXX, NN. 145, 146.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 93-97.

De banno imperiali contra incolas Prussiae etc.
Serenissime Rex.

Noviter electa Regia Dignitas Daciae¹⁾ transmisit mihi ante paucas dies copiam initi et depacti contractus inter Regiam ipsius Dignitatem et Lubecenses et confessiones Marci^{a)} Wollenwebers. Quae omnia Regiae Vestrae Maiestati offerenda nobili Nicolao Nipsczitz, regio aulico etc., transmisi. Porro Regiam Vestram Maiestatem subdite latere nolo, quomodo in iudicio Imperialis Camerae contra me meosque fideles status et subditos cum imperiali banno ultra ea omnia, quae hactenus contra me acticata sunt, iam denuo processum et actum sit, quemadmodum Regia Vestra Maiestas ex copiis literarum, Latino idiomatic redditis^{b)}, ad me meosque subditos ea de caussa perscriptis^{c)}, clementer percipere dignabitur. Et cum ex hiis manifestissime appareat, quid a malevolis cupiatur et quae pericula inde excipere me meosque subditos praesumi queat, Regia autem Vestra Maiestas superioribus annis, cum eadem fere agerentur et Regiae Vestrae Maiestati indicassem, mihi inhibuerit et mandaverit, ne in iudicio Imperialis Camerae^{d)} comparerem meque in hac caussa

aliquomodo ibidem intromitterem. Nam haec caussa tam Regiam Vestram Maiestatem, quam me meosque subditos respiceret attingeretque, et quod Regia Vestra Maiestas, tanquam clementissimus Rex et feudarius, me, suum fidelem vasallum^o, clementer defendere et protegere vellet, quemadmodum lacius haec omnia in Regiae Vestrae Maiestatis responso continentur.

Horum omnium ut hactenus semper subditas gracias agere non destiti, ita summam spem et fiduciam in eam ponere non cessavi, nec impostorum cessabo, mandatis regiis fideliter in omnibus obtemperando. Erat autem bona spes, quandoquidem Sacra Regia Vestra Maiestas tanta scriptis suis et aliis apud Romanorum Caesaream et Regiam Maiestates²⁾, Electores et Principes Imperii Romani in hac caussa fecerit in negocio banni (quemadmodum per aliquot^x) tempus factum est) contra me meosque status et subditos, ulterius procedi non debuisse. Verum quia in iudicio Imperialis Camerae ultra ea omnia proceditur, quod pocius sedulis et arduis Ordinis Teutonicorum eiusdemque^l) confoederatorum Regiae Vestrae Maiestatis et meorum malevolorum practicis et sollicitacionibus, quam Romanorum Caesareae et Regiae Maiestatis iussu et voluntate fieri, mihi persuasum habeo, et Regia Vestra Maiestas, tanquam clementissimus Rex, hanc causam iam olim pro sua (quemadmodum esse certum est) acriter defendendam clementer suscepit, Romanorum Caesaream Maiestatem haud ita pridem per suum orathorem in hoc negocio interpellando. Quo nomine iterum atque iterum subditas Regiae Vestrae^g) Maiestati ago gracias. Certissime mihi persuadeo Regiam Vestram Maiestatem pro undique decantata sua regia prudentia, quid imposterum necessario faciendum et quibus mediis hiis omnibus occurri debeat, clementer cogitaturam et suum regium consilium, cui obtemperare me meosque subditos et obsequi aequum est, mihi meisque subditis clementer communicaturam.

Nihilominus tamen Regiae Vestrae Maiestati volo meas ineptias in hoc negocio (salvo tamen meliori Regiae Vestrae Maiestatis iudicio) subdite pro ingenii mei exiguitate, quas tamen valde factu necessarias credo, indicare. Si fortassis placeret, quod Regia Vestra Maiestas iudici et assessoribus Imperialis iudicii Camerae in hanc fere sententiam scribet: Regiam Vestram Maiestatem rescivisse, qualiter et quomodo contra Regiae Vestrae Maiestatis subditum et infeudatum Principem Ducatus Prussiae a iudicio Camerae agatur, me, Regiae Vestrae Maiestatis subditum Principem, iam dudum antea et nunc noviter et Regiae Vestrae Maiestatis fideles subditos, incolas terrarum Prussiae, mandatis et citationibus ad iudicium ipsorum vocasse etc. Cum autem Regiae Vestrae Maiestati, utpote Domino feudario meo et meorum subditorum, feredum non sit, ut ego et subditi mei coram aliquo alio iudice, quam coram Regia Vestra Maiestate eiusdemque iurisdictione, cuius scilicet plenum ius, superioritas et directum dominium terrarum Prussiae et praeterea nullius esset, comparere deberent, dedisset Regia Vestra Maiestas mihi et subditis meis ea de caussa iustas, ne compareant^h) coram eo iudice, qui aliquod imperium in eos non haberet, inhibitiones etc. Adduci vero Regia Vestra Maiestas, intercedente nimirum tam amica et vicina necessitudine inter Regiam Vestram Maiestatem et Romanorum Caesaream et Regiam Maiestates, ut credat, non posset, haec omnia, quae ab ipsis contra Regiae Vestrae Maiestatis subditum Principem et eius subditos

gesta essent, iussu et mandato Caesareae et Regiae Maiestatis facta esse et adhuc fieri.

Quare clementer postularet Regia Vestra Maiestas, a tali processu contra me meosque subditos cessarent, et quae hucusque gesta essent, retractarent et cohiberent. Nam Regia Vestra Maiestas certo sciret, si Romanorum Caesarea et Regia Maiestas contra Regiam Vestram Maiestatem, suum infeudatum Principem eiusdemque subditos aliquid, quod agerent, haberent, essent sine dubio Regiam Vestram Maiestatem, tamquam eum, cuius esset iurisdictio et directum dominium, in eo negocio interpellatura, ubi honestum et licitum Regia Vestra Maiestas Romanorum Caesareae et Regiae Maiestatibus responsum amice esset datura.

Sin vero minus, cogeretur Regia Vestra Maiestas suum Principem et subditos suos defendere etc., et ut hic adiiceretur eadem fere sententia, quae Magnifico Domino Oppolintzky³⁾ ad Romanorum Caesaream Maiestatem preferenda²⁾ in commissis est data etc. Persuasum enim habeo hiis atque similibus et melioribus pro arbitrio Regiae Vestrae Maiestatis scriptis plurimum apud iudicem et assessores imperialis iudicii effici, executionem suspendi et impediri posse. Si itaque Regiae Vestrae Maiestati operae precium videtur in hanc vel aliam sententiam ad iudicium Cameræ scribere, erit necesse literas illas cum proprio nuncio eo transmittere. In quo si Regia Vestra Maiestas gravabitur, haudquaquam erit molestum meum in hoc negocio ablegare nuntium, quamvis credamus oportunius Vestrae Maiestatis veredario singula expediri.

Postremo videtur valde necessario aliquibus confoederatis Principibus Germaniae significandum esse, quo iure quave iniuria contra Regiae Vestrae Maiestatis subditos processus in iudicio Imperialis Cameræ inchoatus sit et sententia contra regias vestras inhibiciones super directo Regiae Vestrae Maiestatis dominio lata, bannum imperiale declaratum et denunciatum sit etc., clementer petentes, velint amicas et quidem eas adhibere operas, ne sententia executioni contra Regiae Vestrae Maiestatis subditos mandetur, imo pocius hucusque gesta retractentur et cohibeantur. Nam si iudicium Cameræ eo, quo cepitⁱ⁾, modo contra omnem aequitatem procedere praesumpserit, cogetur Regia Vestra Maiestas summis et extremis viribus suum ius et suos defendere, quod bonam vicinitatem, tranquillitatem et pacem Christianae Reipublicae turbare necesse esset etc.

Haec omnia in sinum Regiae Vestrae Maiestatis reponere volui, nihil plane addubitans Regiam Vestram Maiestatem talia cum prudentissimis Amplissimae Coronae proceribus et consiliariis acturam, quibus nos nostrique subditi a quavis impugnatione liberi et quieti esse possimus etc. Datae e Regio Monte, VIII Aprilis anno etc. XXXVI.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae.

- a) recte: Georgii
- b) in ms. redditas
- c) in ms. perscriptas
- d) sequitur expunctum: Camere
- e) in ms. vasellum
- f) in ms. eisdemque
- g) in ms. Vestri
- h) in ms. compareant (error pro: compareant
vel comparerent)
- i) verbum correctum.
- z) sic in ms.
- 1) Christianus III.
- 2) Carolus V et Ferdinandus I.
- 3) Petrus Opaliński.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,
pro studio et diligentia in negotiis suis et gravaminibus reginae propo-
nendis gratias agit; de aulico reginae ad investigandum haec damna
et iniurias missso contentum se declarat; petitas ab eo serpentinas,
postquam conjectae fuerint, Caunam se missurum esse promittit;
de armis cataphractis a Nicolao Nibschatz edoceri poterit.*

Cfr. El. XXXV, NN. 471, 476.

Ostpr. Fol. vol. 50, ff. 91-93.

De notario Insterburgensi et fabricandis bombardis.

Magnifice ac Generose, Amice nobis multis nominibus dilecte.

Salutem et quidquid est in nobis grati officii.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, penultima Marcii praesentis huius anni ad nos scriptas, quae nobis fuerunt gratissimae. Ex iis enim cognovimus, quanto studio atque diligentia Magnificentia Vestra negotia nostra omnia ac gravamina apud Sacram Reginalem Maiestatem¹⁾ proposuerit promoveritque. Pro quo^{a)} Magnificentiae Vestrae ingentes agimus gracias, daturi operam quam maximam, ut istud omni tempore erga Magnificentiam Vestram studiose promereamur.

Quod Magnificentia Vestra scribit Reginalem Maiestatem ad investigandum de iis damnis et iniuriis aulicum suum, Paulum Podskarbsky, ut de iis omnibus inquisitionem faceret et Suam Maiestatem certiorem redideret clarius, misisse, vehementer id gratum nobis fuit, fuissetque tanto gratius nobis, si paulo ante id ipsum scivissemus. Nam et nostros Capitanos eo ablegare nobis in animo fuisset, qui haec omnia diligencius et clarius praefato Reginalis Maiestatis aulico demonstrare atque indicare potuissent. Non dubitamus autem Reginalem Maiestatem, cognitis iis omnibus, istud facturam, quod aequitas et iusticia suadeant. Petimusque, ut Magnificentia Vestra, quamprimum ille redierit, et ut se res habebit, cerciores nos haud gravatim reddat.

Caeterum quod nobis Magnificentia Vestra de serpentinis scripsit, quas praeparari cupit, atque a nobis pecit, ut hac in parte Magnificentiae Vestrae gratificari dignaremur, nolumus Magnificentiam Vestram ignorare, nos eidem hac in parte libenter gratificaturos tantumque curaturos esse (praesertim cum ad nos Magnificentia Vestra perscripserit, quanti ponderis, longitudinis ac statuae esse debeant), quo eadem voti ac desiderii huius sui compos efficiatur. Missuri ergo eas sumus, postquam pracparatae fuerint, Cawnam, non dubitantes, quin Magnificentia Vestra iustum pro eis solutionem factura sit et hanc nostram erga eandem benevolentiam grato acceptura animo. Cui non solum in iis, verum etiam multis et aliis et maioribus rebus inservire ac gratitudinem nostram exhibere cupimus.

Postremo addit Magnificentia Vestra in suis literis quaedam de armis cataphractis, indicans se nomen istius, apud quem sint deposita, hactenus perquirere non potuisse. Nos, qui hac quoque in parte Magnificentiae Vestrae libenter gratificati sumus, eandem ignorare nolumus, id quoque nos expedivisse et nomen istius, apud quem deposita sunt, investigasse. Vocatur autem Nicolaus Jhon et est civis ac subditus noster in Regio

Monte. Ille idem significavit nobis, se de iis armis et quomodo ad ipsum pervenerint, copiosius ad Magnificum ac Generosum Dominum Nicolaum Nipschitz, aulicum regium, perscrpsisse. Poterit itaque haec omnia Magnificentia Vestra ab eodem clarus cognoscere. Haec omnia Magnificentiam Vestram^{b)} pro singulari nostra erga eandem gratia ad literas suas celare noluimus. Quam in Christo Iesu foeliciter valere optamus. Datae e Regio Monte, VIII Aprilis anno etc. XXXVI.

In margine in initio scripti: Domino Nicolao Volsky etc.

a) *supra lineam.*

b) *sequitur expunctum: ab eodem*

1) *Bona.*

N. 1257

E Regio Monte, 8.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojęński]

negotia sua, de quibus ad regem latius se scripsisse nuntiat, commendat
« nam illa consilia contra nos nostrosque subditos minime cessant »).
(Schedula: de statuendo die inspiciendorum limitum inter Ducatum
Masoviae et Ducatum Prussiae, et inter Magnum Ducatum Lithuaniae
et Ducatum Prussiae).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 97-98.

N. 1258

E Regio Monte, 8.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Radziwiłł, pincernae M.D.L., capitaneo Samogitia,
res novas sibi saepius mitti expetit; nuntiat de certa et perpetua pace
inter regem Daniae [Christianum III] et Lubecenses constituta.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 99.

N. 1259

E Regio Monte, 8.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro diligentia in rebus suis promovendis adhibita gratias agit; rogit,
ut negotii sui et subditorum suorum mentionem apud legatos Livo-
nenses faciat; de adversa regis valetudine (aegritudine podagrca «)
dolet; de rebus novis, « praesertim autem quid legatus Moschoviticus
attulerit », certior fieri cupit; non dubitat in proxime futuris Comitiis
sui etiam mentionem eum esse facturum.

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 468.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 90-100.

N. 1260

E Regio Monte, 8.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Rottenberg, aulico regis Poloniae,
iuxta eius petitionem se iam prius ad regem et episcopum Plocensem
[Ioannem Chojęński]¹⁾ scripsisse eosque rogasse nuntiat, ut debitum
salarium ei persolvi faciant.
(Schedula: transmittit exemplar litterarum ad regem in negotio eius
scriptarum).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 240-240v.

N. 1261

E Regio Monte, 9.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo I regi Poloniae
causam Ioannis Rottenberg, aulici regii, iterum commendat et rogat, ut
debitam illi pecuniae summam ei solvere velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 101.

N. 1262

E Regio Monte, 10.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]^{1)}
valde miratur, cur per tam longum iam temporis intervallum nullas ab
eo acceperit litteras, et rogat, ut de valetudine sua et rebus novis se
certiore faciat et crebrius scribat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 102.

^{1)*} mense Martio 1536 ad episcopatum Posna-
niensem translatus.

N. 1263

E Regio Monte, 16.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

*episcopo Plocensi [Ioanni Chojęński]
litterarum exhibitem commenda et rogat, ut causam eius apud regem
promoveat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 103.

E Regio Monte, 16.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

exhibitorem litterarum commendat et rogat, ut negotium eius apud regem promoveat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 242-242v.

E Regio Monte, 23.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

consilium regium, quid sibi in negotio imperialis banni faciendum et suscipiendum sit, expectat; etiam nomine procerum, statuum et ordinum Ducatus sui rogat, ut rex oratori suo, apud imperatorem et regem Romanorum nunc degenti, de negotio eiusdem banni scribat; suadet, quomodo rex ad Iudicium Camerae Imperialis de banno contra subditos suos edito scribere debeat etc.

Cfr. El. XXX, N. 146.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 103-108.

De banno imperiali contra incolas Prussiae.

Serenissime Rex.

Haud ita multis praeterlapsis diebus dedi ad Regiam Vestram Maiestatem literas ac copias literarum^{a)} Procuratoris iudicij Imperialis Camerae transmisi. Ex quibus Regia Vestra Maiestas sine dubio intellexit iudicium Imperialis Camerae ad instantiam adversariorum Regiae Vestrae Maiestatis et meorum contra Regiae Vestrae Maiestatis feudum, me et fideles meos subditos sententiam tulisse et postea cum praetenso banno ac declaratione eiusdem solenniter contra me, status et ordines Ducatus Prussiae processisse. Quod cum fieri debere minime persuasum haberem (considerans nimirum, quid Regia Vestra Maiestas, cum superioribus annis pariformiter in meam personam procederetur, ea de caussa apud Romanorum Caesaream et Regiam Maiestates¹⁾, Electores, Principes, potestates et civitates Imperii Romani clementer agere dignata sit, et nunc denuo per orathorem regium, Magnificum Dominum Opolintzky etc.²⁾, ad Romanorum Caesaream Maiestatem perferrri voluerit. Quorum omnium, ut hactenus saepissime, ita nunc et imposterum subditas ago gratias) et a Regia Vestra Maiestate consilium, auxilium et alia, quemadmodum haec omnia lacius in literis continentur, subdite pecierim, firmiter credo Regiam Vestram Maiestatem pro regia sua prudentia et clementia, quid in hoc negocio suo proprio me meosque subditos suscipere et facere necessitas, ius et aequitas expostulet, prudenter et bene iam dudum cogitasse, statuisse et conclusisse. Quod regium consilium mihi communicatum iri persuasum habeo et subdite expecto.

Cum autem praeterea consultum videretur, praecipuos huius Ducatus Prussiae proceres, status et ordines statuto et certo die comprimis^{c)} con-

vocandos esse, ut quid a iudicio Imperialis Camerae actum esset, scirent, sibi a venientibus et occurrentibus adversitatibus caverent, et quid in hoc negocio necessario faciendum esset, consultarent, et communis consensu concluderent, concussit profecto hoc negocium eorum animum. Nam si huic periculo imperialis iudicij processu^{b)} et aliis clandestinis consiliis a Regia Vestra Maiestate mature regio consilio non praeveniretur, esset metuendum hunc Ducatum Prussiae, praesertim autem negotiantem et peregrinantem mercatorem, et re et corpore per quam plurimas adversitates et pericula excipere posse. Et quamvis eisdem indicasset, quid haud ita pridem ad Regiam Vestram Maiestatem scripisset, a qua clemens regium consilium et responsum de die in diem expectarem, noluerunt tamen, tanquam solliciti, sine Regiae Vestræ Maiestatis consilio quicquam in hoc negocio concludere. Venit enim eisdem in mentem, quid Regia Vestra Maiestas in principio mutationis status cum regio mandato, ut me Principem Prussiae agnoscerent et colerent et observarent mandaretur, perpetuam pacem et antiquas transactiones acciperent et iuramento confirmarent, praesertim cum Regia Vestra Maiestas clementer inhibitionem contra mandatum executoriale non ita dudum publicatum transmisisset, iterum atque iterum pollicita esset, ea adiuncta certissima regia promissione, Regiam Vestram Maiestatem velle, si ab aliquo hac de causa molestarentur, suos clementer totis viribus et armis defendere et protegere, neque aliquo modo eisdem regio consilio et auxilio defuturam.

Quare enixe a me efflagitaverunt, Regiae Vestræ Maiestati eorum nomine scriberem et suppliciter supplicarem, quatenus Regia Vestra Maiestas clementer hanc causam non minus ad eandem, quam ad me et subditos meos pertinentem, ad animum regium revocare dignaretur, et si ita eidem consultum videretur, quemadmodum illi summopere factu necessarium esse credunt, ut ad orathorem suum, qui nunc apud Romanorum Caesaream et Regiam Maiestates Regiae Vestræ Maiestatis nomine agit, quid nunc noviter a iudicio Imperialis Camerae actum esset, scriberet, eidem in mandatis in eam fere sententiam quemadmodum nuper dedisset, constanter et magna cum diligentia sollicitandi daret, quo tandem iniquius ille imperialis iudicij processus retractetur annihileturque.

Similiter, ut Regia Vestra Maiestas, pro arbitrio et melioratione Regiae Vestræ Maiestatis, ad iudicium Imperialis Camerae quam primum scribere et proprio cum nuntio literas transmittere demandaret in hanc fere sentenciam: Regiam Vestram Maiestatem rescivisse, quo modo contra me meosque subditos praeter ea, quae iam dudum contra me, Regiae Vestræ Maiestatis infeudatum et subditum Principem, egissent, iudiciali processu, denuntiatione et banno processissent. Quem Regia Vestra Maiestas haudquaquam aequo ferret animo. Nam Regia Vestra Maiestas aliquam iurisdictionem in Ducatu Prussiae ipsis aut^c alicui alteri nequaquam^{d)} concederet, sed sibi ipsi optimo iure plenum ac directum dominium^e assereret, quod adiuvante Deo Optimo Maximo, exigente necessitate, defendere iam dudum statuisset Regia Vestra Maiestas. Quapropter dedisset Regia Vestra Maiestas mandata et inhibitiones ad me meosque subditos, ne eorum iurisdictioni, mandatis et citacionibus aliquo modo obtemperarent, aut etiam comparerent. Si quidem parata esset Regia Vestra Maiestas, si ex huiuscemodi intollerabili processu et declaratione aliquid contra priorem inhibitionem, mihi

et meis subditis legittime transmissam, et hanc regiam vestram denunciacionem inchoaretur, in contrarium haudquaquam silere, sed omnimodo pares rependere vices.

Quae res an hiis nostris periculosissimis tempestatibus christianae religioni aliquo pacto conduceret, relinquaret Regia Vestra Maiestas eorum iudicio, et ut Regia Vestra Maiestas pro regia sua prudentia plures et maiores sui directi dominii et pleni iuris caussas adduceret, et quae mala olim ex parvis hiis principiis oriri possint, enumeraret cumularetque. Quare postularet Regia Vestra Maiestas, integrum huius negotii processum retractarent eumque imposterum cohiberent etc. Ad haec ut ad omnes circumiacentes Electores, Principes, potestates et civitates, quemadmodum antea factum est, aut etiam alia meliori pro Regiae Vestrae Maiestatis arbitrio forma, Regia Vestra Maiestas nunc denuo scribere demandet, hac adiuncta clausula, ipsi processum imperialis iudicij retractarent.

Deinde si qui futuri essent, qui considerato hoc praetenso imperiali banno contra Regiae Vestrae Maiestatis feuda et meos subditos, in ipsorum Regno, Ducatu et dominio, aliquid conari et facere, liberam negotiationem et mercaturam¹⁾ exercentibus prohibere, usum privilegiorum et iurium impeditre vellet, id ipsum nequaquam permetterent, quemadmodum Regia Vestra Maiestas haec ab omnibus, consideratis illis necessitudinibus et optimis vicinitatibus, fieri debere sibi pollicetur, clementer cupientes hoc nuntio responsum in scriptis dare non dedignarentur, quo Regia Vestra Maiestas vicissim, quid faciendum siet, statuere queat etc. Quae omnia meliori et prudentiori Regiae Vestrae Maiestatis consilio et meliorationi subdite submittunt.

Cum autem hanc meorum subditorum petitionem et opinionem non minus licitam, quam necessariam esse existimem, neque pro mea tenuitate huic aliquid addere possim, petitionemque honestam subditorum respuere durum videatur, suppliciter et subdite et meo et meorum subditorum nomine supplico, Regia Vestra Maiestas non gravetur hanc meorum subditorum petitionem clementer assumere, neque alia de causa, quam urgente et instanti iam necessitate factam esse intelligere, necnon haec scripta ad sua loca transmittere, et si quid aliud Regia Vestra Maiestas pro regia sua prudentia cumprimis factu necessarium esse maiorique cum fructu fieri posse arbitratur, id ipsum clementer facere et praestare, negocium hoc totum tanquam proprium defendendum assumere, promovere et exequi, me meosque subditos clementer exaudire et defendere, quo ego et ipsi a periculis et adversitatibus liberati, quieti patrios lares possidere possimus. Id quod a Regia Vestra Maiestate clementer futurum certo nobis persuademus. Dabimus autem omnes diligentem operam, ut vicissim tanquam fideles et subditi erga Regiam Vestram Maiestatem omni inserviendi studio parati et prompti inventiamur. Datae e Regio Monte, XXIII Aprilis anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae, XXIII Aprilis.

a) *in ms. literum*

f) *in ms. mercuraturam*

b) *in ms. processu*

z) *sic in ms.*

c) *supra lineam.*

1) *Carolus V et Ferdinandus I.*

d) *in margine alia manu.*

2) *Petrus Opaliński.*

e) *sequitur expunctum: optimo iure*

E Regio Monte, 23.IV.1536.

Albertus dux in Prussia

Alberto iuniori, marchioni Brandenburgensi,

rogat, « ne animum suum a bonarum literarum studiis per malos seductores... abalienari permittat », et ad colendas virtutes, praesertim temperantiam et sobrietatem, eum exhortatur.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 108-111.

Literae suasoriae.

Illustris Princeps, Fili ac Patrue nobis charissime.

Salutem et quidquid grati praestare possumus.

Accepimus Illustritatis Vestrae literas, quae nobis fuerunt omnium gratissimae. Cognovimus namque ex illis Illustritatem Vestram una cum tota familia Brandenburgensi foeliciter adhuc valere, quod sane vehementer gratum nobis fuit. Vestram quoque Illustritatem caelare nolumus, nos cum charissima Domina consorte¹⁾ suavissimaque filia nostra²⁾ prosperrime omnino ac foeliciter adhuc ex divina clementia valere. Erit autem Deus Optimus Maximus exorandus nobis, ut nos omnes hac sua clementia porro respicere non dedignetur. Ceterum, quod nos Illustritas Vestra^{a)} in suis literis patrem appellare dignata est, agnoscimus in eo singularem Illustritatis Vestrae amorem ac benevolentiam erga nos, nec eam ob caussam praetermittendum duximus, quin et nos etiam filii nomen nunc adderemus, quod nullam aliam ob caussam, nisi ex propenso animo et flagrantissimo quodam amore nostro erga Illustritatem [Vestram] factum esse Illustritas Vestra existimet, vehementer optamus atque cupimus.

Quantam autem voluptatem nobis Illustritatis Vestrae literae propria manu ad nos scriptae attulerint, dici non potest, praesertim illud non mediocri gaudio nos adfecit, quod ex illis perspeximus Illustritatem Vestram priores nostras literas et admonitionem, in Illustritatis Vestrae ac tocius familiae Brandenburgensis commodum, utilitatem et honorem factam, tam diligenter in memoriam revocasse, sperantes non mediocrem laudem nobis etiam exinde proventuram, qui arbitrati sumus Illustritatem Vestram eum Principem futurum, qui speculum, decus atque ornamentum universae familiae Brandenburgensis esse possit. Itaque Illustritatem Vestram iam iterum amice rogamus, ne animum suum a bonarum literarum studiis per malos seductores aut instigatores abalienari permittat, neve locum det illis, qui suadent non oportere aut necesse esse Illustris Principis, Domini Georgii Marchionis Brandenburgensis, fratri nostri charissimi (quem scimus haud male cum Illustritate Vestra agi velle), consilium sequi. Multo minus per pravos homines, malam vitam agentes, corrumpi se sinat. Nam hoc vicium, cui mundus eiusque complices plerumque operam dare solent^{b)}, non solum in christianos, verum etiam in ethnicos minime quadrare videtur, considerato, quod praedecessores et sapientes semper mundum ab huiusmodi et similibus viciis dehortati sint ac omnibus illis mundi viciis pulcherrima exempla praescripserint, non dubitantes, quin Illustritatis Vestrae paeceptor eiusmodi exempla iam dudum ante oculos perlegenda eidem proposuerit. Nihil autem magis laudaverunt veteres ac sapientes, quam^{c)} has duas

virtutes, temperantiam videlicet et sobrietatem, per quas administratores Reipublicae et Imperii idonei conservari, memoria eorum in rebus bene gerendis confirmari potest. Et econtra per intemperantiam et ebrietatem maxima interdum Regna pessundatum eunt. Unde plerumque accidere solet, ut tales postea homines, nempe his imbuti viciis, nec sibi nec aliis usui esse aut prodesse aliquid possint.

Quapropter cum Illustritas Vestra nos in suis literis, ut supra indicatum est, non solum patrum, verum etiam patrem esse voluit ex singulari fraterno amore, quo Illustritatis^{d)} Vestrae Domino genitori piae memoriae³⁾, fratri nostro charissimo, copulati et coniuncti fuimus, et nunc etiam ex maxima quadam fiducia praefati Illustritatis Vestrae Domini genitoris, qui tanto studio atque diligentia amice etiam ac fraterne Illustritatem Vestram nobis commisit, ea indicare coacti sumus, quae ad Illustritatis Vestrae commodum et utilitatem spectare videntur, ac ab eo dehortari, quod eidem incommodum aliquando adferre possit, amice petentes, Illustritas Vestra velit has nostras literas aequi bonique consulere ac eo a nobis animo, quo scriptae sunt, nimirum candidissimo fidelissimoque, accipere. Ac quidquid statuet aut apud animum suum proponet Illustritas Vestra, rogamus, ut istud cum consilio, scitu atque consensu predicti Domini Georgii Marchionis Brandenburgensis, fratris nostri charissimi, tanquam senioris et maioris natu agat, nec sese per mundum decipi sinat, sed omnia bene, praemeditate praecedenteque consilio dicti iam Domini fratris nostri^{e)}, necnon et praceptoris, diligenter consideret ac apud animum suum perpendat, an utilia sint et honesta, quae agat etc.

Nunc nihil aliud restat, nisi ut Illustritati Vestrae omnia nostra amica obsequia et quidem promptissima hoc modo obferamus, ut eadem firmiter sibi persuadeat ac istud de nobis polliceatur nos illud sedulo diligenterque facturos, quod ad Illustritatis Vestrae dignitatem et augendam et amplificandam momentum aliquod habere videatur. Deum quoque Optimum Maximum orare non desinemus^{f)}, ut is corporea praesentia aliquando nos coniungat, quo videre adinvicem et amicos sermones conferre liceat. Quod propria manu ad Illustritatem Vestram iam non scripsimus, impedimento fuere maxima ac ardua illa negotia, quibus hoc tempore ut plurimum occupati fuimus. Rogamus igitur, ut eam ob caussam Illustritas Vestra ita excusatos nos habere nec omittere velit, quin et copiosissime et saepissime propria manu Latine ad nos scribat. Dabimus operam, ut par pari referamus ac istud erga Illustritatem Vestram studiose promereamur. Datae e Regio Monte, XXIII Aprilis anno Domini etc. 36.

In margine in initio scripti: Illustri Principi Domino Alberto Marchioni Brandenburgensi etc., filio ac patruo suo.

- | | |
|--|-----------------------------------|
| a) <i>supra</i> <i>lineam.</i> | f) <i>in ms.</i> <i>desimemus</i> |
| b) <i>in ms.</i> <i>solet</i> | 1) <i>Dorothea.</i> |
| c) <i>correctum ex:</i> <i>quas</i> | 2) <i>Anna Sophia.</i> |
| d) <i>in ms.</i> <i>Illustratis</i> | 3) <i>Casimirus.</i> |
| e) <i>sequitur</i> <i>verbum</i> <i>expunctum.</i> | |

N. 1267

E Regio Monte, 4.V.1536.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

mandat, ut ex summa 2000 aureorum Rhenensium, a Fuggeris Cracoviae nomine suo deposita, mille aureorum sibi Regium Montem mittat, mille vero adhuc Cracoviae retineat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 242v-243.

N. 1268

E Regio Monte, 11.V.1536.

Albertus dux in Prussia

Caspari Maciejowski, dapifero Sandomiriensi, cum ipse curandae adversae valetudinis causa huc venire non possit, medicum suum, licet invitum, ei mittit et sperat eum sine iusta remuneratione dimissum non iri.

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 488.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 111-113.

N. 1269

E Regio Monte, 13.V.1536.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

notarium suum Insterburgensem defendit et accusationes contra eum factas refutat; ius suum ad pagum Coadiutem probat ac defendit; restitutionem profugorum in Lithuania latitantium expostulat.

Cfr. El. XXX, N. 146.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 113-117.

De notario Insterburgensi. De pago Coadiutem. De transfugis rusticis Serenissima Regina.

Literas Reginalis Maiestatis Vestrae, die vigesima tercia mensis Aprilis Vilnae datas, cum summa qua debo reverentia accepi. In quibus eadem Reginalis Maiestas Vestra mecum praeter morem suum expostulare videtur. Quam tamen affectionem ipsius animo non ascribo, sed pocius literis ipsis in Cancellaria sua confectis, cum mihi mutuae necessitudinis vinculum, tum innata sua clementia et ipsa ethimologia Maiestatis Suae nominis, quae plerumque in maximis hominibus plurimum energiae certumque ingenii specimen prae se ferre solita est, longe aliud

persuadeant. Evidem Reginalis Maiestatis Vestrae subditos iniuriam a meis officialibus, subditis ac complicibus eorum passos esse non existimo. Nam ea, quae scriba Insterburgensis iuxta fines Prussiae egit, non usque adeo Reginalis Maiestatis Vestrae subditos atque nostros contingunt, quia bona illa, quae ab loco scriba secum domum deduxit, nostrorum rusticorum, qui ex Ducatu nostro ad Reginalis Maiestatis Vestrae dominia transfugissent et alia mala perpetrassent, fuisse nostri nobis indicaverunt. Verum utcumque se res habeat, sinistre^{a)} Reginalem Maiestatem Vestram informatam esse, quod iusticiam administrare voluerimus videtur. Quia iusticiam hactenus nulli denegatam esse asserere possumus, et in hoc casu notarii Insterburgensis non denegatam, sed ad plenam et iustum caussae ab utriusque partis^{b)} ad eam rem deputatorum commissariorum examinationem dilatam, prout id ipsum nostrae piae se ferunt litterae. Propterea quod neque aequitas, nequa iuris ordo paciatur, quemquam, nisi iure convictum, condemnari. In quo conventu si notarium nostrum, aut quemvis alium, modum excidisse^{c)} legittime probatum fuerit, summere^{d)} de singulis debitas poenas non obmittamus, firmiter sperantes Reginalem Maiestatem Vestram pro innata sua regia clementia, benignitate et bonitate cum suis iudicii aequalitatem omnibus modis mandatram. Et quamvis Reginalis Maiestas Vestra speculatorum certum, hominem probum, ab aula sua ad ipsum controversiarum locum miserit ad veritatem caussae penitus explorandam, per quem certam^{d)} se de singulis rebus factam esse existimat, videtur tamen hoc modo veritatem, quae undecumque suspicione carere debet, meo iudicio minime disciposse, praesertim vero ubi ordo iudicarius in examinandis testibus, parteque, in cuius praiejudicium agitur, praesente, habitus non fuerit. Quare suadente aequitate consultum videtur, quod etiam obnoxie petimus, de commodo tempore ad hoc negotium bene considerandum, explorandum atque inspiciendum convenientum esse. Ubi me ad quaevis, quae aequitati iusticiaeque consona videbuntur, Reginalis Maiestas Vestra reperiet promptissimum.

Reginalis Maiestas Vestra scribit mihi nullum ius ad pagum Kotzicze competere etc. Ego vero aequa nullum ius Reginali Maiestati Vestrae ad pagum illum esse constanter assevero, tum quod titulus possessionis Dominorum Cruciferorum id ipsum Reginali Maiestati Vestrae demat, tum quia transactiones et pacta limitum et granitierum, antiquitus inter utriusque partis dominia facta et hactenus bene observata, nobis Ducatusque Prussiae id ipsum clare tribuant. Quare hactenus constanter et sine intermissione subdite commissarios ad fines et limites inspiciendos, renovandos et diiudicandos petii. Qui cum variis de caussis ordinari non potuerint, subdite peto, Reginalis Maiestas Vestra dignetur, quo tandem finis litium esse queat, clementer ad hoc negotium commissarios, viros non minus prudentes, quam et iustos, clementer quam primum delegare. Ubi informatores^{e)} Reginalis Maiestatis Vestrae non per omnia certa et firma eidem indicasse manifestabitur, imo etiam usque adeo aliqua a veritate discrepare, atque clarissimo soli luna par esse nequit^{f)}, aperiaturque, utri nostrum iniuria illata siet vel quis sibi aliter, quam par est, a suis persuaderi permiserit, quo denique pacto officialibus meis iniunctum sit vim et iniuriam arcere et propellere. Nam haec nostra minime fuit opinio cuiquam vim et iniuriam inferri. Sed si quis ante caussae tocius examinationem meis vim vel iniuriam inferre praesumeret, hanc ex hiis iniuncto officio arcerent prohiberentque, cum id iure fieri permit-

tatur et concedatur. Subdite et enixe petentes, Reginalis Vestra Maiestas clementer dignetur negocium pro regia sua prudentia altius considerare penitusque introspicere, quid in negocio pagus²⁾ factu necessarium esse velit, atque id secum perpendere: pagum illum in praesentiarum ex regia clementia Reginalis Vestrae Maiestatis esse. Quod si^{g)} ad alias manus (quemadmodum mutari animus Regum plerumque solet) devenerit, an satius esse posset amplissimae Coronae Regni Poloniae (quam Reginalem Maiestatem Vestram clementer commendatissimam apud se habere pro explorato nobis constat) in suo iure et feudo minime aliquid etiam in minimo detractum et derogatum^{h)} atque alia eidem minime incorporata dominia praeter aequitatem aucta esse. Id quod Reginalem Maiestatem Vestram, ut altius pro sua prudentia, atque ego pro mea tenuitate exprimere queo, consideraturam esse certus sum, ita id ipsum eandem nolle minime mihi persuasum habeo, sed pocius ius Coronae Regni Poloniae austum et dilatatum cupere.

Quod in fine subnectit Reginalis Maiestas Vestra rusticos quam plures in Ducatum Lithuaniae, propterea quia ab officialibus nostris nimium graventur, transfugisse, verum sub Reginalis Vestrae Maiestatis officiali non esse etc., mirari nequeo, quae illa possint esse gravamina, sciens nostros occasionem querulandi minime habere. Hos omnes petimus enixe, Reginalis Maiestas Vestra ad postulationem nostrorum officialium, ubicumque etiam sint (quos plerosque in noviter Reginalis Vestrae Maiestatis constituta civitate et pagu²⁾ esse debere a nostris nobis indicatum est), nostris restitui demandare haud gravetur. Id quod ut vicissim fiat, diligenter curabo. Datae e Regio Monte, XIII Maii, anno etc. 36.

In initio scripti in margine: Reginae Poloniae nomine Illustrissimi Principis Alberti.

- | | |
|---|----------------------------------|
| a) <i>correctum ex: sinistri</i> | f) <i>in ms. nequid</i> |
| b) <i>sic in ms., error pro: ab utraque parte</i> | g) <i>supra lineam.</i> |
| c) <i>correctum ex: excedisse</i> | h) <i>sequitur expunctum: et</i> |
| d) <i>sequitur expunctum: de</i> | z) <i>sic in ms.</i> |
| e) <i>in ms. informatoris</i> | |

N. 1270

E Regio Monte, 13.V.1536.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
pro litteris et pro «splendidissimis et regis muneribus» sibi missis et
per Hieronymum Chodkiewicz, regium aulicum, allatis gratias agit;
obsequia offert.*

(Latine)

Cjr. El. XXX, N. 147.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 117-118.

Albertus dux in Prussia

episcopo Posnaniensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]

supervacaneum esse putat ei, eius rei non ignaro, de banno imperiali nunc latius scribere et rogat, ut negotium apud regem ita promoveat, ut rex id, quod ex re Regni et subditorum suorum esse possit, «cogitet, faciat et promoveat»; petit, ut animum benevolum erga Ioachimum electorem Brandenburgensem servare perget.

Ostpr. Fol. vol. 50, ff. 118-120.

Gratulatur de noviter adaucta dignitate et scribit de banno imperiali etc.

Reverende in Christo Pater etc.

Nunctius et orathor Illustris Principis, consanguinei nostri charissimi, Domini Ioachimi Electoris et Marchionis Brandenburgensis etc., retulit nobis ea omnia, quae Reverenda Vestra Paternitas eidem in commissis dederat, obtulitque literas, ex quibus animum Reverendae Vestrae Paternitatis fraternali^{a)} et amicum intelleximus. Agimus porro eidem pro omnibus fraternalis et amicas gracias, petentes, ut Reverenda Vestra Paternitas sit sana, salva, incolumis et omnis voti compos, fruaturque prosperrimis successibus. Cum vero Deus Optimus Maximus Reverendam Vestram Paternitatem ad eum locum dignitatis evehere dignatus sit, quem Reverendae Vestrae Paternitati et Reipublicae Christianae foelicem, faustum et fortunatum esse precamur, est minime dubium Reverendam Vestram Paternitatem iam dudum percepisse, quo modo iudicium Imperialis Cameræ contra nos nostrosque subditos nunc denuo paucis praeterlapsis diebus proscriptione et banno, ut vocant, processerit, et quid ea de caussa a Sacra Regia Maiestate petierimus, ut plane supervacaneum esse credamus Reverendam Vestram Paternitatem hiis obrui debere. Petimus itaque, cum negocium hoc totum non usque adeo nostrum, atque Sacrae Regiae Maiestatis et amplissimae Coronæ Regni Poloniae esse in confessu sit, Reverenda Vestra Paternitas haud gravatim velit id ipsum apud Sacram Regiam Maiestatem diligenter pro sua innata prudentia promovere atque ita negocium temperare, quatenus Regia ipsius Maiestas id, quod ex re tum aplissimae Coronæ nostrorumque subditorum esse possit, cogitat, faciat et promoveat.

Quod attinet Reverendae Vestrae Paternitatis animum benevolum erga Illustrum Electorem, petimus, Reverenda Vestra Paternitas velit eum ita, quemadmodum cepit, servare, firmiter sibi persuadens, si Reverenda Vestra Paternitas vel Electori vel nobis aliqua praestiterit officia, non uni nostrum, sed toti^{b)} domui Brandenburgensi exhibita esse. Qui omnes grato animo compensare non sunt obmissuri, quemadmodum haec omnia latius, ubi Reverenda Vestra Paternitas ad locum dignitatis devenerit, aperturi et declaraturi sumus, amicabiliter et fraternaliter petentes, Reverenda Vestra Paternitas dignetur nos hic in nostris aedibus et feudo Sacrae Regiae Maiestatis, cum iter versus Posnaniam ceperit, invisere, quo Reverendam Vestram Paternitatem in nostris videre eique variis de rebus verba facere possimus. Quod ut haud gravatim faciat, iterum atque iterum petimus. Reverendam Vestram Pa-

ternitatem sanam, salvam et quam optime valere cupimus. Quae nos
nostraque omnia Regis et Reginalibus Maiestatibus commendare non
dignetur, postulamus etc. Datae e Regio Monte, XIII Mai anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Episcopo Posnaniensi, **XIII** Maii.

a) *in ms.* fratrem

b) *in ms.* tote

N. 1272

E Regio Monte, 13.V.1536.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro novis de rebus Livoniae sibi missis gratias agit; civitatem Ellen-
bogen (Malmö) in Dania (hodie in Suetia) a rege Daniae expugnatam
esse nuntiat et bonam spem esse eum brevi toto Regno Daniae et
Norvegiae potitum esse.*

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 120-121.

De negotiis Livoniensium. Nova.

Magnifice et Generose.

Superioribus diebus accepimus literas Magnificentiae Vestrae, quibus
Magnificantia Vestra negocium Livoniensium, quid egerint et petierint
a Sacra Regia Maiestate, Domino et avunculo nostro pientissimo, deinde
et quale responsum obtinuerint, postremo quid Magnificantia Vestra
per se cum orathoribus Livoniensibus de negocio Illustris fratri nostri
Marchionis Wilhelmi, Coadiutoris Rigenis etc., contulerit, abunde et
dilucide nobis explicare dignata est. Quae ut libenter vidimus et legimus,
ita fraternalis et amicas agimus gracias, daturi diligentem operam, ut in
maioribus Magnificentiae Vestrae vicissim commodemus. Et cum Gene-
rosus ac Nobilis Iheronimus Kothkewitz, aulicus Regiae Maiestatis, nobis
Magnificantiae Vestrae nomine plurimas salutes, omnia felicia, bona et
fausta precaretur, non potuimus non animum Magnificantiae Vestrae
amicum et benevolum, iam dudum satis nobis perspectum, iterum atque
iterum intueri. Quare vicissim eidem non minores salutes precamur, a
Deo petentes Magnificantiam Vestram sanam, salvam, incolumem long-
aevos in annos conservari et in fortunatissimos successis evehi.

Hoc tempore apud nos haec sunt nova. Serenissimum Regem Daciae¹⁾
civitatem Ellenbogenn, quam per aliquod^{a)} tempus non sine magno Regis
sumptu obsederunt milites, in potestate Regis esse, atque bonam spem
esse Regiam ipsius Dignitatem brevi totum Regnum Daciae et Norwegiae
quiete et pacifice possidere debere. Quod ut Deus Optimus Maximus
bene secundet, petimus. Si quid porro praeterea ea de re nobis concre-
ditum fuerit, dabimus operam, ut Magnificantia Vestra citius cercior fiat,
petentes, quid apud vos de negocio Muschovitico et alias agatur circum-
feraturque, nobis communicari. Datae e Regio Monte, **XIII** Mai anno
etc. 36.

In initio scripti in margine: Adalberto Gastoldo.

a) *in ms.* aliquot

1) *Christianus III.*

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,
rogat, ut in « sedando et mitigando » regis animo operas suas adhibeat;
variarum bombardarum longitudines et pretia describit et scire cu-
pit, cuiusmodi bombardas habere desiderat.*

Cfr. El. XXXV, N. 481.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 121-123.

De notario Insterburgensi. De bombardis conficiendis.

Magnifice et Generose.

Literas Magnificentiae Vestrae reddidit nobis Generosus ac Nobilis Iheronymus Kothkewitz, similiter et retulit ea, quae Magnificentia Vestra ad nos perferri voluit. Porro de officialibus et servitoribus utriusque partis scripsimus mentem nostram Regiae Maiestati, firmiter sperans^z) Regiae ipsius Maiestatis animum pro innata et regia sua bonitate, benignitate et gracia multo aliter se habere, atque prae se ferunt literae. In quo sedando et mitigando Magnificentia Vestra operas suas ut adhibeat, etiam atque etiam petimus. Nolumus enim nostrum scribam vel iuste vel iniuste aliquid egisse, ipsumque neque nocentem neque innocentem iudicare, nisi prius totum hoc negocium ab utriusque partis iudicibus bene indagatum et scrutatum fuerit.

Illud, quod Magnificentia Vestra scribit, ne facile servitoribus fidem daremus, iam dudum in memoria fuit et sedulo observavimus, atque utinam ab omnibus aequa par ratio in omnibus prae oculis haberetur, esset fortassis, quo maior, melior et arctior vicinitatis necessitudo inter utriusque partis subditos conservari possit.

Bombardas illas, quas Magnificentia Vestra vocat serpentinas, iam dudum confici demandavissemus, nisi error in nomine, in notata longitudine, incidisset, quo nos liberare Dominus Iheronimus non potuit. Vocamus enim serpentinas vulgariter bombardas parvas, quas aliqui falcones vocant. Hi non sunt eius longitudinis, cuius vult Magnificentia Vestra bombardas esse, sed eius, ut videt Magnificentia Vestra hoc filo longissimo a ligno signatas, habent globum illum minimum, unius librae. Recte autem appellantur serpentinae illae bombarda, quae eius sunt longitudinis, cuius cupiebat Magnificentia Vestra, et hoc integrum illum prae se fert. Hae maiores habere solent globos, quia media serpentina habet globum maximum VII librarum, et una comparatur quinquaginta marcis. Rursus alia bombarda, quam vocant terciam partem serpentinae, habet globum IIII librarum et emitur quadraginta marcis. Postremo alia bombarda, quam appellant quartam^{a)} partem serpentinae, habet globum II librarum et venditur triginta marcis. In precio tamen quam potest fieri diminutionem maximam, ac si res nostra propria esset, faciemus, quemadmodum hos globos omnes Magnificentiae Vestrae, quem ex eis habere malit, videndos in praesentiarum transmitto. Eligat itaque Magnificentia Vestra globum nobisque illum transmittat, et daturi sumus diligentem operam, ut bombardas quam certissime habeat.

Porro intelligere haudquaquam possumus, qualem bombardam Magnificentia Vestra signo longitudinis Domino Iheronymo dato, ut nobis offerret, fieri cupiat. Credimus autem Magnificentiam Vestram talem

velle, qua globum ex lapide, et non ex ferro vel blombo, iaculetur. Hanc si vult, erit alia difficultas. Nam camera, ut vocant, nimium est magna, quia vix poterit quattuor libras pulveris impleri, ad tantum autem pulveris requiritur globus XX aut XXV librarum. Quare et hic cupimus Magnificentiae Vestrae mentem, quo scrutato nulla penitus erit difficultas, quin et citius et quam potest fieri optimas habeat bombardas. Nummos a Domino Iheronimo accepimus et reservari mandavimus. Ubi scrutati mentem Magnificentiae Vestrae fuerimus, curabimus ocyus bombardas fieri. Datae e Regio Monte, XIII Maii anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Nicolao Volsky.

a) *in ms* quartem

z) *sic in ms.*

N. 1274

E Regio Monte, 13.V.1536.

Albertus dux in Prussia

Alexandro Chodkiewicz, marsalco regio, capitaneo Brestensi, litteras eius sibi per filium eius Hieronymum allatas esse nuntiat; de restituta eius valetudine gaudet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 123-124.

N. 1275

E Regio Monte, 13.V.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]

pro opera in causa tollendae proscriptionis adhibita regi et ipsi gratias agit; rogat, ut iterum apud regem instet, quo litterae ad iudices Imperialis Cameræ, electores, principes et status Germaniae per regium veredarium mittantur; pro benevolentia in negotio Ioannis a Werden praestita gratias agit.

Cfr. El. XXXV, N. 477.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 124-126.

Agit gracias pro expeditis^{a)} negociis banni^{b)} iudicii^{c)} Imperialis Cameræ. Reverende in Christo Pater etc.

Literas Reverendæ Vestrae Paternitatis una cum aliis Sacrae Regiae Maiestatis, Domini et avunculi nostri charissimi, et exemplari, in quam sententiam Sacra Regia Maiestas ad iudicem et assessores iudicij Imperialis Cameræ de tollenda proscriptione scribere dignata^{d)} est, accepimus. Agimus porro cumprimis Sacrae Regiae Maiestati [maximas] quas possumus gracias. Deinde et Reverendæ Vestrae Paternitati, qui in hoc negocio præ ceteris omnibus honorem, utilitatem et commodum amplissimæ Coronæ considerans, promovere causam non desiit, amice

et fraterne petentes, Reverenda Vestra Paternitas haud gravetur Sacrae Regiae Maiestati nostro nomine subditas et officiosas ea de caussa agere gracias. Et quoniam haud ita pridem consilio nostrorum subditorum aliqua paucula ad Sacram Regiam Maiestatem per eandem apud iudicium Imperialis Cameræ necessario promovenda et expediunda perscripsimus, petimus amice et fraterne, Reverenda Vestra Paternitas dignetur operas suas amicas et fraternalas interponere, quo in eam sententiam Sacra Regia Maiestas per suum veredarium (ut scilicet facilius quaevis suspitio excludatur) petita apud imperiales iudices, Electores, Principes et status Germaniae urgeat et promoveat. Daturi sumus vicissim diligenter operam, ut erga Reverendam Vestram Paternitatem omni inserviendi studio amice et fraterne sedulo parati et prompti simus.

Porro nuncius Illustris Principis Ioachimi Electoris etc., consanguinei nostri charissimi, retulit nobis Reverendae Vestrae Paternitatis nomine ea, quae in commissis a Reverenda Vestra Paternitate habuit, quo nomine eidem amicas, fraternalas et officiosas gracies agimus, vicissim precantes, ut omnia Reverendae Vestrae Paternitati pro voto et ex animi sui sententia succedant eveniantque.

Quod in negocio nostro Reverenda Vestra Paternitas propria nostra manu ad eandem exarata et Iohannis a Werden se amicum, fratrem et benevolum exhibuerit, et imposterum se facturam pollicetur, agimus itidem amicas et fraternalas gracies. Nam quicquid in negocio Iohannis a Werden Reverenda Vestra Paternitas egerit, haud aliter, atque si in nostro proprio gestum siet, putabimus. Est enim homo cum pree ceteris eximiae prudentiae, auctoritatis et probitatis, tum in negotiis amplissimae Coronae Regni Poloniae pro sua tenuitate adprime sollicitus et vigilans, ut merito ab omnibus bonis amari et observari debeat.

Non erat necesse Reverendam Vestram Paternitatem tantas facere pro transmisso parvulo illo amoris et fraternalitis pignore gracies, si quidem res digna non erat et Reverenda Vestra Paternitas maiora de nobis merita esset. Quae cum compensare ipso facto nequeamus, animo grato, fraterno et amico quaevis in^e nos Reverendae Vestrae Paternitatis nomine suscipere non dubitamus. Reverendam Vestram Paternitatem quam optime valere cupimus, cui nostra amica et fraternala officia offerimus, petentes nos Regiis et Reginalibus Maiestatibus subdite commendare. Datae e Regio Monte, XIII Maii anno etc. XXXVI.

In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi.

- a) *verbum correctum.*
b) *sequitur expunctum: apud*
c) *verbum correctum.*

- d) *in ms. digna*
e) *sequitur expunctum: nos*

N. 1276

E Regio Monte, 13.V.1536.

*Albertus dux in Prussia
Gregorio Chodkiewicz
per fratrem eius Hieronymum equum dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol. vol. 50, f. 124.

N. 1277

E Regio Monte, 15.V.1536.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Kuncewicz (in ms. Iwano Hunkowitz), tenutario Jurborgensi,
pro Ioanne Rickerling, servitore suo, a quo aliqui subditi regii distric-
tus Jurborgensis summam argenti, ut ei laborarent, acceperunt, sed
non confectis laboribus aufugerunt, intercedit et rogat, ut ei iustitia
administretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 126-127.

N. 1278

E Regio Monte, 16.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisliensi [Petro Gamrat]

*rogat, ut dies s. Mariae Magdalene (22.VII.) constituatur et designetur
conventui utriusque partis commissariorum, qui fines inter Ducatus
Masoviae et Prussiae inspicere determinareque debebunt.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 480, 482, 487.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 127-128.

N. 1279

E Regio Monte, 20.V.1536.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

*de pecunia marchioni Gulielmo destinata in manus suas (ducis Alberti)
persolvenda.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 243-243v.

N. 1280

E Regio Monte, 23.V.1536.

Albertus dux in Prussia

palatino Cracoviensi [Petro Kmita]

*litterarum exhibitem, Ioannem Clementem, commendat et rogat, ut
eum in numero servitorum suorum reputare velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 128-129.

N. 1281

E Regio Monte, 25.V.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*Ioannem Feyerabendt, civem Regiomontanum, commendat rogans, ut ei
in recuperanda cera ex Lithuania per navim missa et in negotio,
quod cum Andrea Maćkowicz ei intercedit, expediendo adsit.
(Germanice)*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 243v-244.

N. 1282

E Regio Monte, 26.V.1536.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
intercedit pro Ioanne Feyerabendt, cive Regiomontano, qui sibi conquestus
est « eundem ingens incommodum ob hoc, quia quidam mercator
apud praedictum nostrum subditum petiam cerae, defraudato the-
loneo, deposuerat, passum esse ».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 129-130.

N. 1283

E Regio Monte, 28.V.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisliensi [Petro Gamrat]

*responsivas eius litteras, negotium limitum inter terras Masoviae et
Prussiae concernentes, se accepisse nuntiat et rogat, ut publicae tran-
quillitatis causa negotium ipsum tandem promoveatur et transigatur.
(Latine)*

Cfr. El. XXXV, NN. 480, 482, 487.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 130.

N. 1284

E Regio Monte, 28.V.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*de fascia ad ornandum caput a consorte sua [Dorothea] reginulae Isa-
bellae missa ab eaque grata accepta et de uxoris suae hanc ob rem
gaudio.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVII, N. 194.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 244-245.

N. 1285

E Regio Monte, 29.V.1536.

Albertus dux in Prussia

Adamo Hanuszewicz (in ms. Hanusszovitz)

pro sacerdote Ioanne Thorthylovitz (Tortylowicz?), «pastore quondam ecclesiae Szylelycensis», qui ut «liberiore Deo spiritu servitum impenderet», in Ducatum Prussiae configuit, cui nobilis Stephanus Witkowicz certam pecuniae summam ei mutuo datam debet et restituere recusat, intercedit et rogat, ut dictum nobilem, in ditione sua degentem, ad solutionem debiti adigat.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 131.

N. 1286

E Regio Monte, 3.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

Lucae a Górkka, palatino Posnaniensi, nobilem quendam Witkowski (in ms. Withkawsky), qui fortuito casu alium nobilem interfecit, sibi a Iacobo Brzozowicz, commendatore Posnaniensi, commendatum, commendat et rogat, ut ei salvum conductum concedere velit.

(Sub textu: In simili forma scriptum Andreeae de Gorckau).

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 479

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 132.

N. 1287

E Regio Monte, 3.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

Iacobo Brzozowicz, commendatori Posnaniensi, pro commendato sibi ab eo nobili Witkowski se litteras intercessorias ad Lucam et Andream a Górkka dedisse nuntiat.

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 479

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 132-133.

N. 1288

E Regio Monte, 3.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

Henrico Gotsch ab Herdtwigswaldt

eum, a rege et ordinibus Regni in suspicione quadam habitum, consolatur et suadet, ut tranquillus maneat et auxilium suum hac in re exspectet.

Cfr. El. XLVII, N. 196

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 245-245v.

An Heinrichen Gotzschen den 3 Juny.

Unsern grus und genedigen willen zuvorn.

Edler und erenvester, besonder, lieber.

Wir wyssen euch gnediger meynung nicht zu vorhalten, das uns euer

ander schreiben, belangende wes der hochgeboren furst, unser lieber vetter und bruder, der churfurst zu Brandenburg etc.¹⁾, von euch gereth sol haben, darin ir uns, wie zuvor auch geschehen, umb unsren rat und furderliche beantwortung bitten thut, behendet worden. Nu wolten wir eurem begern, als dem wir mit sondern gnaden gewogen, gern wilfarem, wie wir dan uns zuvor auch erbotten und dir vormeldung gethan, dem handel, wes zu eurem pesten hirin vorzunemen, mit gutem bedacht nachzudencken und alsdan euch unser gnedigs wolmeynen zu eroffen. So haben wir doch bis anher des handels notturft, dieweil es nicht ein gering wichtiger handel ist, des genugsam nicht entschliessen kunen und daran etwas mangel, derwegen ist unser gnedigs begern, gtduncken und wolmeinender radt, ir wollet euer gemut in solchem handel zufriiden stellen und euch nichts bekommern lassen, in bedrachten, weil ir von ko. mt. und den vornembsten stenden des verdachts, wie dein schreiben meldet und wir es vor uns auch darvor halten frey, das euch auch nie-mants anders er wol den unnotturftis hierin suchen zur eil mit billigkeit zu weiterung geburlich nit anregen, noch des verzugs vordencken sol noch moge. So vorhoffen wir hierneben nach genugsamem nachdencken und wes wir zu disem handel vor nottorftig befinden, euch in kortz alsdan zu beantworten und dir dorauf retlich zu erscheinen, daraus irc^c) unsren gnedigen und wolmeinlichen willen zu erspuren haben sollet. Bedancken uns auch des freuntlichen und dinstlichen zuentpietens unser freundt und der gutten gesellen in eurm schreiben vormelt mit gnedigem beger, du wollest denselben geburlich danksgagung thun mit erzählung, wo wir inen freuntlichen dinst und gnedigen willen erzaigen und geleisten kenen, das wir des gentzlichen gewilt und dir vor dein person sein wir auch mit gnaden gewogen. Datum Konigsperg, ut supra.

a) *correctum ex: du*

1) *Ioachimus II.*

N. 1289

E Regio Monte, 6.VI.1536.

Albertus aux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

consilium regium in negotio Ducatus Opoliensis et Ratiboriensis Georgii marchionis Brandenburgensis expetit; quaerit, quomodo se gerere debeat erga Georgium a Walde, magistri Livoniae secretarium, a rege Romanorum per Borussiam in Livoniam redeuntem.

Cfr. El. XXX, N. 149.

(Adest versio germanica eiusdem scripti cum dato 1.VI.1536 in: Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 246v-247v).

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 133-135.

Consilium petit in negotio Georgii Marchionis et Georgii a Walde, secretarii Livoniensis.

Serenissime Rex.

Posteaquam ab Illustrissimo Principe et Domino, Domino Georgio Marchione Brandenburgensi, fratre meo charissimo, paucis praeterlapsis diebus aliqua scripta, nonnullas novitates et periculosa quorundam consilia accepi, quae Regiae Vestrae Maiestati communicanda cumpri-mis necessarium esse arbitrabar, scripsi et iniunxi Generoso, nobili ac

erudito Nicolao Nipsichtz²⁾ Regiae Vestrae Maiestatis aulico, et Ioanni Lomoller, consiliariis et servitoribus meis, ut singula ad Regiam Vestram Maiestatem subdite deferant, subdite petens, Regia Vestra Maiestas dignetur hiis, ac si coram ipse praesens essem, plenam adhibere fidem, necnon regium suum consilium ad haec omnia mihi communicare.

Et cum frater meus charissimus inter cetera significet, Romanorum Regiam Maiestatem¹⁾ Ducatum Oppeln et Ratibarn a Sua Illustritate nunc redimere secundum pacta debuisse, quare Illustritas Sua consiliarios suos ad locum designatum ablegasset, nullus autem, qui pacta^{a)} et conventiones adimpleret, comparuisset, item Romanorum Regiam Maiestatem Suae Illustritati clementer concessisse, quatenus bona sua in Ungaria vendere queat, petit a me Illustritas Sua in his negotiis meum consilium. Quod cum inscia Regia Vestra Maiestate transmittere nequaquam voluerim, suppliciter supplico, Regia Vestra Maiestas dignetur mihi clementer, quid in his negotiis Illustrissimo meo fratri factu necessarium sit, quod Suae Illustritati primo quoque^{b)} tempore transscribam, pro regia sua prudentia consulere. Mihi autem videtur, posteaquam Illustrissimus Princeps et Dominus, Dominus Ioachimus, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Marchio Brandenburgensis, frater et consanguineus meus charissimus, divina sic volente gracia, matrimonio Illustrissimam Regiae Vestrae Maiestatis filiam²⁾, neptim ex sorore Ioannis Regis Ungariae etc.³⁾, sibi iunxerit, quod praefatus frater meus cum Illustrissimo Electore Brandenburgensi de praenominatis bonis conveniret, acceptaque aliqua summa omne ius Illustrissimo Electori cederet, nihil dubitans Illustrissimum Electorem, tanquam sacerum, possessionem bonorum facile a Rege Ioanne, in cuius manu omnia esse in confessio^{c)} est, impetraturum. Nihilominus tamen haec omnia Regiae Vestrae Maiestatis prudentiori submitto iudicio.

Georgium a Walde, nobilem ex Pomerania, secretarium Magistri Livoniensis⁴⁾, qui nunc egit aliquandiu apud Romanorum Regiam^{d)} Maiestatem in Isprugk, quemadmodum praelibati consiliarii^{e)} et servitores mei Regiae Vestrae Maiestati sine dubio subdite retulerunt, si fortassis per Borussiam Livonię petere voluerit, an retinere, literas et alia ab eo accipere debeam, ex quibus quid egerit sollicitaveritque in Germania resciri possit, quidve aliud mihi faciendum siet, peto^{f)} Regiae Vestrae Maiestatis consilium et voluntatem. Neque esset inconsultum, quandoquidem tales plerumque per Regiae Vestrae Maiestatis dominia et Magnum Ducatum^{g)} Lithuaniae clanculum sese in Livonię subducere consueverunt, Regia Vestra Maiestas velit clementer Gedani, Thoroniae et in Mazovia, ut illius secretarii diligenter curam habeant, demandare, quemadmodum hiis omnibus Regia Vestra Maiestas pro regia sua prudentia prudenter modum facere et statuere potest mihiique Vestrae Regiae Maiestatis mentem in hoc aperire. Quod erga Regiam Vestram Maiestatem, tanquam subditus et obediens Princeps, subdite promerari perpetuo studebo. Datae e Regio Monte, 6 Iunii anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae, VI Iunii.

a) in ms. pacto

g) sequitur expunctum: siet

b) in ms. quoquo

z) sic in ms.

c) in ms. consesso

1) Ferdinandus I.

d) correctum ex: Regem

2) Hedvigis.

e) in ms. consiliarii

3) Barbara Zápolya.

f) supra lineam.

4) Hermannus a Brüggenei.

N. 1290

E Regio Monte, 7.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojenski]

Nicolaum Nibschatz et Ioannem Lohmüller in negotiis Georgii marchionis Brandenburgensis ad regem mittit et petit, ut eis fidem adhibeat negotiumque ipsum apud regem promoveat.

Cfr. El. XXX, N. 149.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 135-136.

Pro Illustrissimo Principe Domino Georgio Marchione Brandenburgensi.

Reverende in Christo Pater etc.

Illustrissimus Princeps et Dominus, Dominus Georgius Marchio Brandenburgensis etc., frater noster charissimus, transmisit nobis alias novitates perscrispitque nonnulla, in quibus a nobis consilium nostrum sibi communicari postulat. Quae omnia Generoso, nobili ac erudito Nicolao Nipschitz, regio aulico, et Ioanni Lomoller, consiliariis et servitoribus meis, quatenus singula Regiae Maiestati, Domino et avunculo nostro pientissimo, et Reverenda Vestrae Paternitati nostro nomine aperirent, in praesentiarum transmisi, amice et fraterne petentes, Reverenda Vestra Paternitas velit hiis nostris consiliariis plenam adhibere fidem negotiorumque^{a)} apud Sacram Regiam Maiestatem ita peragere, quatenus in hiis haudquaquam parvipendendis negociis regium consilium Regia ipsius Maiestas nobis communicare non gravetur. Quod ut Reverenda Vestra Paternitas haud gravatim subeat, etiam atque etiam amice et fraterne petimus. Daturi sumus vicissim diligentem operam, ut Reverendae Vestrae Paternitati pro nostro erga eandem fraterno amore et studio officiose inserviamus. Datae e Regio Monte, VII Iunii anno etc. **XXXVI.**

In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi, VII Iunii.

a) sequitur expunctum: apud

N. 1291

E Regio Monte, 7.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolaus Nibschatz et Ioannus Lohmüller

nova quaedam sibi missa transmittit et rogat, ut ea regi porrigit et et episcopo Plocensi, idiomatis germanici ignaro, latine tradant.

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 246.

An Nickel Nibtschitz und Johan Lohmuller semplich den VII Juny im 36.

Beyligende habt yr euch zu ersehen, wes fur neue zeitung uns zugeschickt seindt worden. Ist darauf unser gnedigs begeren, ir wöllet semplich dieselben an ko.mt. zu Polan etc., unsern gnedigsten herrn und freuntlichen, lieben ohemen mit guther geschicklichkeit, wie yr dann sonder zweifel wol ze thun wisset, gelangen lassen und seiner ko.mt. rhat und gutduncken (dyeweil dennoch solche zeitungen allerlei be-

denckens auf sich haben) von unsertwegen unthertheniglichen bitten und begeren etc. in massen, wie dan seiner ko.mt., wie ir euch hiebeliegend zu ersehen, deshalb auch geschrieben, nichtsweniger unserm besondern lieben freundt, dem hern bischoff von Plotzky¹⁾, dem wir hiemit auch geschrieben, nachdem sein lieb nicht teutsch khonnen, solche zeitungen zu erkennen geben und seiner lieb rhats geprauchen und, so es vonnott, ir, Lohmuller, ins latein pringen. Nachdem auch Johan Pein in ko.w. zu Dennmarcken²⁾ gescheften abgefertigt, so haben wir jnen, als ein koniglicher gesanter, mit dyesen werbungen und gescheften nicht beladen wöllen. Wöllet aber nichs destminder ime diese zeitungen mittheilen und seins raths darinne auch geprauchen. An dem thut yr unser meynung etc. Datum Konigsberg.

1) *Ioannes Chojeński*.

2) *Christianus III.*

N. 1292

E Regio Monte, 9.VI.1536.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae*

*Ioannem a Werden iterum commendat, ut partem districtus Rhedensis
obtinere possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 139-140.

N. 1293

E Regio Monte, 9.VI.1536.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]*

negotium Ioannis a Werden de districtu Rhedensi iterum commendat.

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 472

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 140-141.

N. 1294

E Regio Monte, 9.VI.1536.

*Albertus dux in Prussia
Stanisla Odrowąż, palatino Podoliae,*

*matrimonium cum Anna duce Masoviae initum faustum et felix ei pre-
catur; animos regios, nunc in eum minus benevolos et abalienatos,
in melius mutatum iri sperat.*

Cfr. El. XXXV, N. 475.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 136-138.

Precatur sibi faustum et foelix matrimonium.

Magnifice et Generose.

Lectis Magnificentiae Vestrae literis, intelleximus Magnificentiam
Vestram cum Illustrissima Mazoviae Duce, cognata nostra charissima,

praeterlapsis temporibus nupcias celebrasse etc. Precamur itaque hoc matrimonium tam Magnificentiae Vestrae, quam et Illustrissimae nostrae cognatae, saluberrimum, faustum et foelicissimum. Porro Magnificentiam Vestram tantas nobis, quod primus autor huius connubii^{a)} fuerimus, agere gracias necesse nequaquam erat. Animus enim est Magnificentiae Vestrae, quam prae ceteris pulcherrimis et optimis donis ornatam et fulgentem animadvertisimus, clementer in maioribus commodare. Quare si in eo rem gratam eidem praestitimus, est quod summopere gaudeamus, Deum Optimum Maximum precantes, is pro sua immensa misericordia et gratia gaudium hoc Magnificentiae Vestrae solidum, firmum et perpetuum constituere dignetur.

Magnificentia Vestra scribit non usquequaque eandem a Serenissimis Dominis Coronatis gratiam habere, quantumvis etiam sine eorum scitu nihil attentaverit, sed pocius timendam^{b)} esse indignationem, cum agant modo persuasionibus, modo pollicitacionibus et aliis eiusmodi consiliis, quibus urgeant potissimum Magnificentiam Vestram, paucula summa pro integra sorte paternae et maternae iusticiae et omnibus aliis iuribus, sola dote contentam et abdicatam in perpetuum esse debere etc. In quo negocio nostrum consilium nostrasque operas desiderat Magnificentia Vestra etc.

Dici profecto non potest, quam hos Magnificentiae Vestrae non per omnia folices successus perturbato plane accepimus animo. Est enim regius animus clementissimus adeo nobis cognitus et perspectus, ut haec aut similia de ipsis Regia Maiestate nobis nequaquam persuadere debuissemus. Quae ut nequaquam firmiter permansura credimus, ita certissimis argumentis didicimus regios animos vel pluralitate arduissimorum negotiorum, vel etiam accidente aliquo sinistro amico, non fideliter negotium Regibus narrante, facile mutari, eum tamen, perspecta iusta et vera explanatione caussae, remissiorem fieri. Quod et apud Regiam ipsius Maiestatem fortassis fieri metuendum est. Unde nequaquam animus despondendus, imo pocius assumendus est, caussam diligenter trutinando et Regiis Maiestatibus inculcando, minime addubiantes id, quod in praesentiarum Magnificentia Vestra sibi in contrarium esse arbitratur, maxime pro se futurum et ex inclemenci clementissimum percepturam Regem.

Quibus autem mediis et viis negocium aggredi oporteat, quidve nobis in hoc negocio factu necessarium et utile videatur, libenter Magnificentiae Vestrae, tum quia eidem tanquam ex maioribus Regni Poloniae, quibus pro nostra tenuitate clementer adessemus et debemus et solemus, clementer commodare cupimus, tum quia cognatam nostram, consortem Magnificentiae Vestrae, urgente sanguinis necessitudine, consilio et auxilio, quantum possumus liciteque et honeste permittatur, adiuvare debeamus, hoc tempore aperiремus. Verum aegre fieri vel Magnificentia Vestra iudice [perspici] potest. Nam nisi bene penitusque introsperieris caussam diligenterque singula rimatus fueris, oleum et operam in consulendo perdes. Quare si nobis merita caussae narraverit Magnificentia Vestra, pro nostro erga eandem et suam consortem studio et amore, pro nostra tenuitate, ineptias nostras in omnibus licitis et honestis aperire nequaquam cessabimus.

Terlo, affinem Magnificentiae Vestrae, mittere non potimus, quia ad Sacram Regiam Maiestatem transmissus erat, et si adfuisset, nescimus, an satis tuto pueris huiuscmodi ardua negotia facile concredi

debeant. Proinde bene consideratura est Magnificentia Vestra, cui negotium suum concredere^{c)} voluerit, ne si clanculum agi negotium arbitretur, res in ore sit omni populo. His cupimus Magnificentiam Vestram foelicem, sanam et salvam nestorios in annos vivere. Datae e Regio Monte, 9 Iunii anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Domino Stanislao Adrovatz.

- a) *in ms. connubi*
- b) *correctum ex: timendum*
- c) *in ms. concredeve*

N. 1295

Cleipodiae, 12.VI.1536.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
rogat, ut Nicolaum Nibschtz ad fratrem suum, marchionem Gulielmum,
ad statutum diem in Livoniam mitttere velit.*

Cfr. El. XXXV, N. 483.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 141-142.

Pro Illustrissimo Principe, Domino Wilhelmo Marchione etc.
Serenissime Rex.

Reverendissimus et Illustrissimus Princeps et Dominus, frater meus charissimus, Dominus Wilhelmus Marchio Brandenburgensis, Coadiutor archiepiscopatus Rigensis et postulatus Oziliensis etc., scripsit mihi a Regia Vestra Maiestate Illustritatem Suam petuisse, quatenus Regia Vestra Maiestas ad statutum diem 9 Iulii anni currentis clementer Generosum ac Nobilem Nicolaum Nipschicz, consiliarium et aulicum Regiae Vestrae Maiestatis, aut Dominum Achacium Czema, Castellanum Gedanensem, ablegare, quo Suae Illustritati assisteret in suis arduis negociis, dignaretur. Id quod futurum Illustritas Sua certo sibi persuadet^{a)}.

Verum cum mihi constet Dominum Czema a Regia Vestra Maiestate alio brevi ablegari posse, suppliciter peto, Regia Vestra Maiestas velit Dominum Nipschitz clementer ad Illustrissimum fratrem meum, ut statuta die istic in Livonia compareat, ablegare. Nam adfuturos et alias variorum Principum orathores et legatos percepit. Neque vero videtur inconsultum legato regio eadem ipsa, quae Regia Vestra Maiestas haud ita pridem nobili Steinkirch in Livoniam perferenda in commissis derat, et nunc denuo dari, quo mentem et animum^{b)} Regiae Vestrae Maiestatis in iisdem firmiter permanere aperte perspicere queat. Datae Mimmele, 12 Iunii anno etc. XXXVI.

In initio scripti in margine: Regi Poloniae.

- a) *verbum correctum.*
- b) *in margine: sequitur expunctum: minus*

N. 1296

E Regio Monte, 15.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz, Ioanni Pein et Ioanni Lohmüller

nova ab Achatio Czema sibi missa transmittit et rogat, ut ea regi per-
ferenda current.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 247v-248.

N. 1297

E Regio Monte, 15.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

nova a marchione Georgio accepta mittit et rogat, ut ea regi tradat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 248.

N. 1298

Cleipodiae, 15.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

eum a rege legatum in negotio marchionis Gulielmi nominatum esse
nuntiat et rogat, ut eiusmodi iter in Livoniam faciendum suscipere
et statuto die (9.VII.1536) ibi comparere non gravetur.

Cfr. El. XXXV, N. 483 et El. XLVII, NN. 198, 199.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 248-248v.

An Nybschitzenn den XV Juny.

Wir khommen durch schriften unsers freuntlichen, lieben bruders, des marggrafen Wilhelms, coadiutors etc., in erfahrung, wie dieselb an ko.mt. zu Polan etc., unsern gnedigen herrn und freuntlichen, lieben ohmen, kurtz verruckter tag gesonnen und mit genaden begert haben, ir ko.mt. wolten obgedachtem unserem geliepten bruder koniglichen, gnedigen beistandt auf den angesetzten neunden tag July jtzigs laufenden jahrs in irer sachen thun und leisten, bevorab umb dein person, das dich hochbenente ko.mt. bemeltem unserem bruder zum beystandt solchen zugk in Leilandt genediglich wolten ziehen lassen. Demnach und dyweil du derselben sach gut wiessen tragst, dich auch zu solchem handel fur nutzlichen und furtreglichen achten, so ist unser genediggs siennen und gutlich begern an dich, du wollest unbeschwert sein solchen weg und reyse unserem freuntlichen, lieben bruder zum beistandt auch in ansehung, das der handel in sich etwas wichtig, auf sich nhemen und auf den obberurten angesetzten tag erscheynen. Doneben auch bey ko.mt. mit vleis anhalten, das ir ko.mt. dir in bevelch gleichformig, wie dem Steinkirche kurtz verruckter tag beschehen, in Eiflandt an die hern compromissarien vonwegen irer ko.mt. an sie ze werben genediglich mitgeben wolten, domit der handel unserem lieben bruder umb

so viel dest mehr fruchtbarlicher bescheen und ir endtschaft erreichen moge. Dich in dem allem, wie wir dan nicht zweifeln, gut und diinstwillig erzeigen, dan uns die sache nicht minder als unseren vielbenenten freuntlichen, gelipten bruder antreffen thut. Das seint wir hinwiderumb umb dein person in sondern genaden zu erkennen und zu beschulden erputig. Datum Mymel, ut supra.

N. 1299

E Regio Monte, 18.VI.1536.

Alcerius dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

rogat, ut pro benevolo responso sibi dato et benevolentia fratri suo, marchioni Georgio, in negotio Ducatum in Silesia demonstrata regi gratias agat; non inconsultum sibi videtur, ut rex oratores suos in negotio marchionis Georgii ad imperatorem mittat; rogat, ut Ioannem Chojeński secreto accurate de rerum statu in Dania certiore reddat.

(Schedula: de litteris a marchione Georgio acceptis).

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 249-251v.

An Nickel Nyptschitz den XVIII Juny.

Uns ist von ko.mt. zu Polan etc., unserem genedigsten herren und freuntlichen, lieben ohemen, ein schriftlich, desgleichen von unsfern geschickten muntlich antwort einkommen, wie du dan des gutten bericht und ungezweifelt noch in frischen gedechnus unvorgessen hast. Derhalben und dieweil wir fur notwendig achten, das hochgedachte ko.mt. widerumb zu beantworten, so ist an dich unser genedigs begern, du wollest furnemblich ko.mt. von unsertwegen und in unserem nomen untherdenige gantz freuntliche und diinstliche dancksagung thun (wie du des deiner geschicklichkeit nach guthe form und mass waist) des koniglichen und genedigen erbietens, des sich seine ko.mt. vernemen haben lassen, wan wir von dem Orden oder jemants angefochten, wes ir ko.mt. jha auch mit zusetzung irer eigenen person bey uns thun und mit hielf, trost und beystanth keineswegs verlassen wolten, wie wir uns des jhe und alwegen zu seyner ko.mt. trostlich versehen und noch furder disfals auch keynen zweifel in dieselp stellen.

Als auch hochgedachte ko.mt. wes derselben gutbeduncken und wolmeynen des hochgepornten fursten, unsers freuntlichen lieben herren Georgen, marggraffen zu Brandenburg etc., sachen halben belangende die abloesung beder furstenthumb in Schlesien, desgleichen die hungarische guther anzaigung gethan, wollest auch seyner ko.mt. von wegen seyner 1. gepurliche dancksagung thun mit vermeldung, das wir derselben rathe genedigs und koniglichs bedencken, berurten unserem lieben brudern, marggraffen Georgenn etc., zuschreiben und eroeffnen wollen, nichts zweifelnde, sein lieb werde solchs zu freuntlichem whilferigen danck von irer mt. annemen und derselben, wes auf solchs seyner lieb weiter vonnoten, im vhal der notturft ferner ercleren und raths geprauchen.

Was aber dein leiflendischen secretarien sampt seyner vorhabenden practicen betrifft, haben wir ko.mt. derhalben bedencken angehort und

seintemal sein mt. auf solchem beruhet, müssen wir es darbey pleiben lassen, wiewol wirs darfur geacht (nachdem der Ordenn und alle anhangende practiken also clar augenscheinlich und am tag, das man sich nicht viel anders wan des theglichen angriffs, woe sie solchs nurnt dohin prengen koennen, zu vormueten), das es demnocht unschedlich ob dieselben, so solchs furdern und treiben, auch verhindet, die practiken dardurch verkurtzt und den vheinden ir vorhaben abgehalten werden mocht.

Nachdem auch seyne ko.mt. uns weiter heimhelt, welcher massen wir an romische key. mt.¹⁾ etc. auf rathe hochbenents unsers lieben bruders, marggraffen Georgens, schreiben oder beschicken sollen, betrachten wir, dieweil wir hinfur und in ehezeiten, auch mit vorbewust seiner ko.mt., ordentliche und grundliche entschuldigung an hochberurte kay. mt., desgleichen konig, chur und fursten sampt anderen stenden des romischen reichs und sonsten durch den druck ausgehen haben lassen, darob unser entschuldigung offen war und unverborgen, darauf wir dan bey kay. mt. nicht gross frucht vormercken, so bedencken wir, das weiter anregen durch uns wenig fruchtbarkeit oder nutz brengen mocht. Wan aber seine ko.mt. als der konig und lehenher derselben orathorn, so sie itzo bey kay. mt. haben, solche vorhabende geschwinde practiken vormelden und doneben bevelhen thetten, dieselben bey kay. mt. zu widertreiben, achten wir, es solt one frucht nicht abgehen, jo, dem handel zum wenigsten nicht schedlich sein. Welchs wir in seyner ko.mt. hochvorstendig koniglichen weiter bedencken, wes hirin guth zu thun und zu lassen sein solt, heimgestelt haben.

So wir dan aus solcher koniglicher antwort vermerckt, mit was koniglichem wolgefellygen willen und gemuth seine ko.mt. unsern untherdenigen, dinstlichen vleis mit ubersendung derselbigen erfarener kuntschaft und practiken angenomen, begerende, wes wir des weiter in erfahrung kommen, solchs auch seyner ko.mt., wie bishere bescheiden, zu erofnen. Als haben wir demselben nach kurtz verruckter tag und eben da erwelte ko.w. zu Denmarcken³⁾ gesandter und unserer orleyschiff oberster amaral, rathe und lieber getreuer Johan Pain etc., bey ko.mt. zu Polan etc. vonwegen derselben botschaft weis gewesen und seine auferlegte gewerbe ausgericht und widerumb alhie ankommen, etliche kuntschaft von schriften bekoemmen, die wir also ko.mt. derselben begern und unser pflicht nach auch nicht zu vorhalten gewust, wie du dich dan hiebeiligt neben dem, so wir aus dem teutschen von wort zu wort ins latein haben prengen lassen, notturftiglich zu ersehen. Haben aber dorumb die originalia in massen uns dieselben von ko.w. zu Denmarcken etc. zukommen, domit man sich der sachen dest gruntlicher und eigentlicher zu erlernen, schicken wollen. Dieweil aber an solchem handel, woe die burgundischen mit diesen iren geschwinden anschlegen (do Got gnediglich vorsey) furtfaren solten, hochgemelter ko.mt. und der loblichen Cron zu Polan etc. sampt derselben zugehorigen landen und lehen nicht wenig gelegen, so ist unser gnedigs begern, du wollest geschickter weis, wie wir dir als einem vorstendigen in dem kein mass nach ziele zu setzen wissen, sonder der sachen notturft selbst zu margt brengen und dich lernen wirdt solche handlung den erwirdigen unser besondern lieben freundt und brudern, herren Johan, bischoffen zu Plotzky⁴⁾ und des konigreichs Polan obersten secretarien etc., neben uberantwortung der latenischen und teutschen schriften gruntlich und

deutlich berichten und von unsertwegen freuntlich bitten, das er dieselb an ko.mt. in der geheimb und dermassen, wie unser freuntlich vertrauen zu seyner lieb steht und die unvormeidliche haft erfordert, gelangen lassen und neben dir furdern helffen wolle, domit viel benente ko.w. zu Denmarckenn etc. mit whilferiger, furderlicher hulffe von ko.mt. vorsehen und des sich darauf zu getroesten und zu verlassen, one seumen beantwort werden mocht, in dem deinen getreuen, moglichen vleis, wie du dan ohne das jhe und alwegen zu thun gesindt und mit der that, so viel an dir ist gewesen, bewiesen furwenden, doneben uns alle handlung, wie wir dir die uberschickt, widerumb wol verwait und versiegelt bey diesem unserem bothen zu senden. Das wollen ko.w. zu Denmarckenn etc. und wir gegen deyner person in sondern genaden und allem guten zu erkennen unvergessen behalten. Datum Konigsperg, ut supra.

Cedula

Auch geben wir dir gnediger meynung zu vornemen, das uns inlignend schreiben von dem hochgeborenen fursten, unserem freuntlichen, lieben brudern, herren Georgenn, marggraffen zu Brandenburg etc., zukommen. Wiewol solchs vast vorlangst datirt und ausgangen, so ist es doch uns allererst gestriges tags behendigts worden. Und haben dir dasselbig neben der translation ins latein zu uberschicken fur notwendig, damit du ko.mt. zu Polan etc. und unsern freundt von Plotzky etc. zu berichten, wes dannoch allerley practicen und sonderlich des Teutzschen Ordens vorhanden und das in summa nichts zu vorachten, desgleichen erwelther ko.w. zu Denmarcken etc. umb so viel destatlicher zu helffen vonnoten, dan wir verhoffen, woe derorth rath geschafft, das dem Orden und andern mit götlicher hulff ir furnemen und practiciren wol und leichtlich zu prechen sein werde. Wir haben auch doneben in solcher post ein brief, an dich lautende, erfunden, den wir dir hiemit zufertigen. Datum ut in literis.

1) *Carolus V.*

3) *Christianus III.*

2) *Ferdinandus I.*

4) *Ioannes Chojeński.*

N. 1300

Cleipodiae, 20.VI.1536.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]
cum Achatius Czema ad statutum diem in Livonia comparere non possit,
rogat, ut eius loco Nicolaus Nipschitz vel Fabianus Damerau a rege
illuc mittatur.*

Cfr. El. XXXV, N. 483 et XLVII, NN. 198, 199, 200.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 142-144.

Quod^{a)} Dominus Czema^{b)} 9 Iulii Livoniae comparere^{c)} non possit. Quare petit Nipschitz aut Damerau.

Reverende in Christo Pater etc.

Notum^{d)} facimus, quod hodie datis ad nos ab Generoso ac Nobili Domino Achacio de Czema, Castellano Gedanensi, litterae venerunt,

quae^e) continebant sibi a Serenissima Regia Maiestate, Domino et avunculo nostro clementissimo, iniunctum esse^f), coram Reverendissimo iuxta ac Illustrissimo Principe et Domino, fratre nostro charissimo, Domino Wilhelmo, Coadiutore^g) episcopatus Rigensis etc., ut arduis suis negotiis assisteret, 9 Iulii Livoniae comparere. Quod lubens egisset, si literae Reverendae Vestrae Paternitatis adeo tarde, nempe in die Corporis Christi, non advenissent. Idcirco simul et per negotia sua propria impeditus, quo mandatis regiis iam condescendere nequit^h), petiitque eum tam erga Sacram Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimumⁱ), quam charissimum fratrem nostrum meliori, qua poterimus^j), forma excusatum habere. Et quamvis lubens vidissemus, ut ipse ob honorem fratris nostri charissimi (quo sibi serviret, nec minus perfuturus) se istic contulisset, tamen coram nobis decrevimus sibi impossibile fore statutum diem consequi. Nec haesitamus, Reverenda Vestra Paternitas sit memor, quid nos Reverendae Vestrae Paternitati superioribus diebus fideliter scripsimus.

Cum autem dictus Dominus de Zcema a Sacra Regia Maiestate, ut ad locum quendam ablegaretur, admonitus, necnon in mandatis habeat^k ea, quae in commissis accepit, quemadmodum nunc actum (posteaquam^l non omnia literis commendanda essent) transmitteret, quod nobis per gratum extitit, et lubens vidimus, ut negocio illo^m) famularetur. Eam ob rem Reverendam Vestram Paternitatem amice et fraterne efflagitamus, Reverenda Vestra Dominatio velit haec Sacrae Regiae Maiestati nostri causa humiliter revelare petereque, ut Regia Sua Maiestas hanc abnegacionem Domini a Zcema nequaquam aegre ferre, sed pocius regia clementia annuere [velit] etc., non minus obnixe fideliterque rogare, quo Regia Sua Maiestas Generosum ac Nobilem Nicolaum Nibschtz, consilarium et aulicum Regiae Vestraeⁿ) Maiestatis, ad statutum diem gracie ablegare dignaretur, necnon eundem Nibschtz alloqui, ut in honorem^m) fratrisⁿ) nostri charissimi coram assistere atque^o) condescendere velit. Si autem is quadam aegritudine, ut non speramus, molestus fuerit, Reverenda Vestra Paternitas velit tunc temporis, et non prior, coram Regia Maiestate auxilio esse, quo Nobilis ac Generosus Dominus Fabianus a Dameraw, (qui^p) Germana lingua^r) et hiisce negotiis peritus) ad statutum diem loco amborum praefatorum constitueretur, ita ut Praestancia Sua sese ex tunc itineri accingere velit. Cum tamen commissarios nostros modo istic ablegavimus. Demum Reverendam Vestram Paternitatem summopere rogatam habere volumus, velit se in his scriptis nostris nequaquam gravatum^s) exhibere. Datae Mymele, 20 Iunii anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi.

a) sequitur expunctum: ut

b) correctum ex: Szema

c) correctum ex: compareret

d) correctum ex: Notumque

e) supra lineam.

f) supra lineam pro verbo expuncto.

g) in ms. Coadiutoris

h) in ms. nequid

i) sequitur expunctum: clementissimus

j) supra lineam pro verbo expuncto.

k) verbum correctum.

l) sequitur expunctum: cum

m) sequitur expunctum: nobis

n) correctum ex: fratrisque

o) sequitur expunctum: nobis

p) in ms. quae

q) in ms. ligua

r) sic in ms.

E Regio Monte, 24.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,
de conficiendis bombardis et de earum pretiis.*

Cfr. El. XXXV, NN. 481, 484, 485.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 144.

De bombardis^{a)}.

Magnifice et Generose.

Posteaquam ex hoc Magnificentiae Vestrae servitore exploravissimus, quales eadem cuperet bombardas, dedimus operam, ut eas Magnificentia Vestra et bonas et quam citissime haberet. Habebit autem Magnificentia^{b)} Vestra XVI bombardas illius magnitudinis, cuius eadem volebat, et unam magnam, quemadmodum Magnificentia Vestra ex suo servitore, qui undique praesens interfuit, percipiet. Intelliget itidem ex eo Magnificentia Vestra magnitudinem globorum, ut plane necessarium esse non credamus pluribus hiis immorari. Hae bombardae erunt paratae circiter festum sancti Dominici.

Porro unam bombardam XV marcis emptam esse sciat Magnificentia Vestra. Sunt autem solatae centum marcae, supersunt itaque solvendae adhuc centum et quinquaginta. Minoris enim has bombardas emere^{c)} nequaquam potuimus. Id quod servitor vester, qui undique coram praesens interfuit, enumerabit. Si itaque in hiis Magnificentiae Vestrae rem gratam fecissemus, esset quod plurimum gauderemus, in aliis omnibus, quibus possumus, Magnificentiae Vestrae clementer operas nostras clementes administraturi. Datae e Regio Monte ut supra.

In margine in initio scripti: Domino Volsky, 24 Junii.

a) iuxta alia manu: Caspar Platner

b) supra lineam.

c) sequitur littera expuncta.

E Regio Monte, 29.VI.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschitz

sententiam suam profert de terris Prussiae Regalis a periculo protegendis et de auxilio regi Daniae ferendo; de Achatio Czema in negotio marchionis Gulielmi in Livoniam non projecto queritur; Ioanni a Werden a rege et episcopo Plocensi satisfactum iri sperat etc.

Cfr. El. XLVII, N. 197.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 251v-254v.

An Nyckel Nyptschitzen den 29 Juny.

Wir haben dein schreiben, des datum Wilna am tag sant Johannis Babisty, dis lauffenden sechsunddreissigsten jars gestrigs tages als den 28 tag Juny empfangen, überlesen und inhalts eingenommen. Thun uns erstlichen deynes gehabten vleisses, den du in unser sachen und sonst

alwegen furgewandt, in gnaden bedancken und nachdem wir aus solchem deinen schreiben im ersten artickel diese volgende wort, waran furnemblich gelegen, zudem, was die von Dantzig bewegen, an ko.mt. zu Polan etc., unser gnedigsten herren und freuntlichen, lieben ohemen, tragen haben lassen vermerckt. Nemlich « man wil aber sagen, das man vil neuer zeitung anzaigt, man schreibet und bith, man wolt es nicht vorachten, man bith auch umb rath und hulff und zeigt nicht an, was man begegert^z). Der hertzog und die stende in Preussen, zusampt den von Dantzig, solten ein furnemen zusammen haben und ko.mt. anzeigen, was den landen Preussen zugut und womit man doch helffen solt. So paldt man aber sagt, das geldt vonnoten sey, so schweiget meniglich stil etc. ».

Darauf wollen wir dir genediger meynung herwiderumb nit unangezeigt lassen, das unsers erachtens jhe durch koniglicher w. zu Denmarcken¹⁾, unsers freuntlichen, lieben herren, ohemis, schwagers und bruders, gesandten, den ernvesten unser orleyschieffen obersten amaral, rath und lieben getreuen Johann Pain, heuptman zu Insterburg, deutlich genug ist angezeigt worden, was mit erwelther ko.w. etc. geholffen koent werden, als myt schieffen sampt derselben aller zugehorungen oder gelt, welchs jhe unsers ermessens gruntlich und nach notturft genug ausgedruckt und genent ist worden. Das aber solchs ins werck gebracht und den geferlickayten, so diesen landen vor augen begegnet, auch erwelter ko.w. geholffen, solchs muss einmhal aus bevelch ko.mt. zu Polan etc., als des oberherren herfliessen. Dan obwol wir mit denen von Dantzig gern derhalben verneinen zusammen haben wolten, so koent doch ohne seyner ko.mt. zulass und bevelch nichts fruchtbars beratschlaget oder furgenhomen werden. Derhalben so liessen wir uns noch duncken, das es nit ungeraten, das hochgemelte ko.mt. nochmals den furnembsten stenden und staten koniglichs theils ein furderlich, schleunig zusammen dieser sachen halben (nachdem die wichtigkeit desselben keynen vorzug erleiden kan) zu halten und aldo zu beratschlagen die weiss und wege zu suchen, auf das dasjhenige aufpracht, damit erwelther ko.w. geholffen und ko.mt., der loblichen Cron und diesen landen konftiger nachteil verhuet mocht werden, bevelch auferlegen. Dan wir zweifeln gar nicht, hochgemelte ko.mt. zu Polann etc. sampt meniglich dieser landt Preussen etc., auch andere, tragen gut wissen, wes wir erwelter ko.w. zu Dennmarcken in diesen sachen des denischen krigs halben mit leuten, gelt, schiffen, geschutz sampt aller anderer zugehoriger notturft, biss anhere, soviel in unserm vermogen, zu hilff kommen. Auch derhalben, dormit wir solchs umb soviel destatlicher zuwegen bracht, unser empter versatzt und uns dadurch erschaepft, auch uns unsers vorraths nicht wenig von unsern heusern und boden emploest. Welchs alles wir nicht allein oft berurter ko.w. zu Denmarcken, sonder auch zum besten angewant und dargesetzt, wo nu ko.mt. aus irem eignen als der Cron Polan etc., dieweil solcher geschwinder sorglicher handel seine ko.mt. und derselben konigreichen eben sowol und nichts weniger, dan erwelthe ko.w. zu Denmarcken etc. und diese landt Preussen belangt, etwas darbey zu thun, sich auch vernemen lissen, so mocht destatlicher der sachen gerathen. Dan unpillig ist es nit das guthe fursichtigkeit gepraucht, das der koniglichen stadt Dantzig einwhonern schaden und nachteil irer schief und gueter halben verhuet, so ist doch unsers erachtens auch noch viel notturftiger neben dem

auch des gantzen landes fhar und konftig beschwerung zu bedencken und demselbigen vormittelst gotlicher hulff verkomung zu thun. Welch's, wie wir glauben, durch kein andere und bequemere wege (nachdem es uns allein zu thun unmoglich), dan wie oben gemeldt, so man mit ernst und vleis darzu thun wil, vorkomen werden mocht, als wir noch gern, wie wir dan teglich im werck one rhumb befunden, soviel sich unser vermogen erstreckt, vermerckt worden, und das unser gern darbey thun wolten.

Sovil unsren freuntlichen, lieben brudern, herren Wilhelm, marggraffen zu Brandenburg und coadiutorn des ertzstiefts Riga etc., und des edlen und ernvesten, unsers besondern lieben Achatio Zemen, dantzker castellan, erbling zu Kirssburg und heuptman uff Stum, zuck nach Leifflandt belangt, haben wir gentzlich gehofft, es solt bey ko.mt. zu Polan etc., unser bith stadt erlangt haben. Dweil aber solchs nit hat zuraichen mogon, muss es dem Almechtigen bevolhen sein. Koennen aber bey uns nit befinden, das gemelter ehr Zeme etc. diesen tag und ernnte malstadt in Leifflandt kurtz halben der zeit erraichen koenne. Haben derwegen der sachen zum besten berurten ehrn Zemen unser gutduncken ungeverlich auf nochvolgende mass nit unangezeigt wollen lassen. Dweil ehr numehr den tag nicht erreichen koenne, haben^{a)}, und damit unsren bruder hochgenant nichts verseumbt, das er durch ein eilende post an die herren compromissarien in Leifflandt schreibe, seines nicht erscheynens mit etlichen ursachen sich endtschuldigt und zu mehrem glauben sein credentz und instruction, sofern er sie der sachen furtreglich zu ubersenden vormeinth, mit uberschickt und als ein geordenter zu diesem zugk in namen ko.mt. neben seyner entschuldigung bethe, damit die compromissarien in die sachen dermassen einsehen wolten, dieselben also beilegen und entscheiden, das ko.mt., desgleichen oberurten unsren lieben brudern, dem coadiutorn, sampt allen desselben herren verwandten und freundten erlich, leidlich und annemblich wehre, wie sich dan des die herrn aus Leifflandt mermal gegen ko.mt. haben vernemen lassen.

Ehrn Hansenn von Werdens halben etc. wollen wir nicht zweifeln, ko.mt. werde sich als der vorstendige von Goth hoch begnedygte konig disfals der gepur und mit koniglichen genaden unwandelbar erzaigen, desgleichen unser freundt von Plotzky²⁾ etc., das seine auch darbey thun, dorumb egemelter von Werden eigentlich danckbar erfunden werden wirdt. Wir wollen auch gern fur uns selbst zu solcher genediger verfurderung, sovil uns zimblich und thuelich, ursach geben. Sein nichts weniger selbst angesehen, das es an der person nicht vergebenlich angelegt, die sachen im besten vortzustellen genediglich gewogen.

Vonwegen der hengst horn wir gern, das junge ko.mt. uns bey ir, wie dein schreiben mitprengt, lest entschuldigt sein. Wollen uns auch mit vleis darnach bekommern und trachten, auf das wir ko.mt. mit etwas gutts und rechtschaffens dienen koennen. Dits alles haben wir dir in antwort auf dein schreiben nicht verhalten wollen mit gantz gnedigem begern, du woltest den ersten artickel betreffende die denische hulff mit allem vleis an den erwirdigen in Got unsren besondern lieben freundt und brudern, herren Johan bieschoffen von Plotzky etc., gelangen lassen und sein lieb von unsertwegen freuntlich und aufs vleissigsts bitten, s. l. wolten als der vorstendige prelath diese sachen mit allem vleis bedenken und alssdan bey ko.mt. verfurden helffen und vorstellen, damit in diesen hochwichtigen hendeln mocht rath gefunden werden,

doneben sein lieb freuntlich von unsertwegen bitten, das uns dieselb
des vilfeltigen ersuchens aus ursachen, das der handel gelegenheit des
keinen umbgang haben mogen und wir uns zu seyner 1. freuntlicher
furderung versehen, gutwillig entschuldigt wissen. Das seit wir in
gnaden zu erkennen genaigt. Datum Konigsperg, ut supra.

a) sequitur expunctum: derwegen der sach

1) Christianus III.

2) Ioannes Chojeński.

N. 1303

E Regio Monte, 1.VII.1536.

*Alvius dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]
pro studio in promovendis negotiis suis adhibito gratias agit et rogit,
ut Nicolao Nibschatz, cui alia quaedam negotia commiserat, consilio
et auxilio adesse velit.*

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 144-145.

Agit gratias et petit amicas ipsius operas.

Salutem plurimam ac benevolum semper mutuo complacendi af-
fectum.

Reverende^{a)} in Christo Pater, Domine et Amice plurimum charissime.

Literas Reverenda Dominationis Vestrae, XXII Iunii Vilnae datas,
aceperimus, quae fuerunt nobis longe gratissimae. Ex quibus quidem literis
in primis quam avidissime intelleximus, Regias Maiestates Poloniae,
Dominos nostros clementissimos, recta adhuc valetudine consistere, quod
ut Deus Optimus Maximus longe concedere perpetuareque dignetur,
summopere cupimus. Deinde licet alias semper studium, amorem et
benevolenciam Reverenda Vestrae Paternitatis erga nos in negociisque
nostris, tum nuperrime eadem multa praedicatione ex Ioanne Pen,
electi Domini Regis Daniae^{b)} orathore, et Ioanne Lomuller, consiliariis
nostris fidelibus dilectis, tum quoque ex praedictis literis percepimus.
Pro quo Reverenda Vestrae Paternitati plurimas et maximas habemus
gracias, relaturi semper easdem, occasione nobis^{c)} sese offerente, ro-
gantes nihilominus diligenter, Reverenda Vestra Paternitas, quam alias
scimus esse occupatissimam, velit tam assiduam nostram interpellacionem
boni consulere idque non insolentiae nostrae, sed temporis et ingruen-
tibus istis necessitatibus ascribere. Commisimus praeterea alia adhuc
negocia Domino Nicolao Nipschitz mediante Reverenda Paternitate Vestra
Regiae Maiestati communicanda, iterum rogantes, Vestra Reverenda
Paternitas non velit gravari eidem consilio et auxilio adsistere. Quod
quidem nos erga Reverendam Vestram Paternitatem, quam Altissimo
foeliciter et semper valitram commendamus, summa animi propensi-
one et gratitudine recompensaturi sumus^{c)}. Datae e Regio Monte, 1 Iulii
anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi.

a) correctum ex: Revende

c) in ms. summus

b) correctum ex: vobis

1) Christianus III.

E Regio Monte, 3.VII.1536.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Radziwill, pincernae M.D.L., capitaneo Samogitiae,
pro Urbano Jagenteuffel, Veteris Oppidi in Regio Monte cive, cui civis
quidam ex oppido Kiejdany, Stonel Jordan nomine, « mercatoriam
fidem non servavit », nam « fraudulenta cinerum venditione » non
modico damno eum affecit et dolo circumvenit, intercedit et rogit,
ut ei iustitia administretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 145-147.

E Regio Monte, 18.VII.1536.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo I regi Poloniae
de iniuriis a quibusdam subditis regiis subditis suis illatis conqueritur
et rogit, ut provideat, ne in posterum huiusmodi iniuriae com-
mittantur deque earum patratoribus debita animadversio sumatur.
Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 147-149.*

Petrus Coberze, Capitaneus Neidenburgensis, conquestus est nobis
a Fœlici Srzensky iniuriam sibi illatam.

Serenissime Rex.

Quae haud dudum nomine Magnifici ac Generosi Domini Fœlicis
Srzensky de Socolowo, Palatini Plocensis Marienburgensisque Capitanei,
in meam iniuriam gesta nuperque mihi per Capitaneum meum in Nei-
denburgk, consiliarium fidelemque dilectum Petrum Koberse, ex debito^{a)}
officii sui gravi cum querela exposita sunt, Regia Maiestas Vestra ex
inclusis scriptis intelliget. De quo merito me non parum gravatum re-
pereo^{b)}, quandoquidem haec contra Regiae Maiestatis Vestrae feudum,
me meamque superioritatem, necnon concordiam, constitutionem inter
Ducatus Mazoviae ac Borussiae factas tendere videntur. Quare persua-
sum habeo haec praeter consensum et mandatum Regiae Maiestatis Vestrae
esse praesumpta.

Rogo itaque quam diligentissime, Regia Maiestas Vestra pro sua
innata clementia et amore iusticiae singulari dignetur gracie provide, ne in posterum huiusmodi iniuriae a quoquam committantur, debitaque
animadversio de ipsis prævaricatoribus sumatur, ad optatum illud bo-
num Reipublicae, pacem et tranquillitatem mutuo inter officiales atque
subditos utrimque conservandam, discordiarumque semina aliaque in-
commoda vitanda et resecanda. Si vero quid adversi alicui parcium
utrarumque contigerit^{b)}, id ut iuxta tenorem et continenciam concor-
diae constitutionisque prædictarum illic, ubi oporteat, intententur, et
quod racio, aequitas idemque tenor concordiae postulabit, servetur.

Quantum vero attinet ad temeraria illa dicta, quae ipsi patratores
iniuriarum minus consulte de Reginali Maiestate^{b)}, Domina mea clemen-
tissima, effuderunt, de cuius Reginalis Maiestatis, pro ipsius prudentia

ac solertia singulari, longe aliud habeo persuasum. Quare non esset abs re, imo maxime consentaneum, ut in huiusmodi auctiores iniuriarum debita poena animadverteretur, ipsorum audacia in ipsos^{c)} refrenaretur, redderenturque posthac tam verbis, quam facto cauciores. Quod quidem ego pro mea summa in Regiam Maiestatem Vestram observantia erga eandem Regiam Maiestatem Vestram (quam Altissimo longe foeliciterque valitaram commendo) summis viribus promereri studebo. Datae e Regio Monte, XVIII Iulii, anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae,¹⁵⁾ Iulii.

N. 1306

E Regio Monte, 18.VII.1536.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]
de iniuriis, ab officialibus Felicis Srzeński de Sokołowo, palatini Plo-
censis et capitanei Marienburgensis, subditis suis illatis, per Petrum
Kobersehe, capitaneum Neidenburgensem, sibi relatis, queritur et rogat,
ut apud regem instet, quo rei debito modo puniantur, « tenor con-
cordiae et constitutionis servetur » et, seminibus discordiarum se-
motis, pax et tranquillitas utrinque constituatur.
(In margine: et episcopo Premisiensi [Petro Gamrat] mutatis mu-
tandis).*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 497.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 149-150.

N. 1307

E Regio Monte, 18.VII.1536.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisiensi [Petro Gamrat]
litteras eius 6.VII.1536 datas se accepisse nuntiat et censet diem commis-
sariis de limitum differentiis tractaturis ad festum s. Laurentii
(10.VIII.) proxime futurum designatum iam nimis vicinum (« non
longe a foribus ») esse et totum negotium ad aliud commodius tem-
pus, scil. ad proximum ver (ad diem 9.IV.1537) differendum esse
existimat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 487.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 150-151.

N. 1308

E Regio Monte, 20.VII.1536.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Kościelecki, castellano Calissiensi,

rogat, ut res subditis suis ob non solutum teloneum retentas restitui mandet (« fatemur etenim ingenue illos, qui sic publicas constitutions teloneorum defraudare student, noxa non carere, tamen id saepe accidere ab aurigis, inscientibus, imo vitantibus dominis et proprietariis »).

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 151.

N. 1309

E Regio Monte, 20.VII.1536.

Albertus dux in Prussia

Andreae Maćkowicz, tenutario Volkinicensi et Lepunensi,

ad litteras eius, quibus rogavit, ut filium eius Martinum, in aula sua morantem, destinari curaret « ludo literario, ut tandem peritior tum grammaticae, quam Latinae linguae aliarumque bonarum artium » fieri posset, *respondebat filium eius Martinum iam dudum eidem ludo esse addictum.*

(*Latine*)

Cfr. El. XXXV, N. 259.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 152.

N. 1310

E Regio Monte, 23.VII.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

litteras regias, continentes querelas Ioannis Hlebowicz, palatini Polonensis, de quibusdam incolis oppidi Taurogi transfugis, necnon aliis praetensis iniuriis « subditis eius a subditis suis illatis, se accepisse nuntiat, et officialibus suis scripsisse, ut dicto palatino eiusque subditis iustitiam debitam administrent.

(*Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Duci Schlucensi [Georgio Olekowicz], Palatino Vilnensi [Alberto Gasztold] et Iohanni Hlebowitz.*)

(*Latine*)

Cfr. El. XXX, NN. 139, 151.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 152-153.

N. 1311

E Regio Monte, 25.VII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Henrico Gotsch ab Herzigsvalde
rogat, ut regem de adventu doctoris Georgii a Pampelberg, oratoris Philippi landgravii Hassiae, certiorem faciat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 254.

N. 1312

E Regio Monte, 26.VII.1536.

*Albertus dux in Prussia
teloneatori Posnaniensi
indignabundus queritur de officialibus eius, qui non attenta libertate sua, qua ex concessione regis per ditiones regias libere transeundi et res ad usum suum domesticum sine ulla telonei solutione transvehendi uititur, res suas per factorem suum Norimbergensem, Georgium Sculteti, ex Germania in Prussiam transportandas, « licet in certis vasis seclusae compactaeque essent », dissolverunt ipsaque vasa aperuerunt in non parvam ignominiam suam et rerum suarum non modicum dispendium; postulat, ut deinceps eiusmodi iniuriae non praesumantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 153-154.

N. 1313

E Regio Monte, 1.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
mittit nova ex Dania de civitate Hafnia in potestatem electi regis Daniae [Christiani III] redacta.*

Cfr. El. XXX, N. 152.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 155.

De rebus novis^{a)} transmissis ex Dania.

Serenissime Rex.

Rediit ad me hac die quidam^{b)} Capitaneus et servitor classis meae maritimae ex Dania, novum certe laetumque et iam diu optatum nuncium referens eorum, quae nuper illic gracia et adiutorio Altissimi gesta sunt, quibus scilicet modis ipsa civitas Copenagensis, post diurnam obsidionem, in dicionem Regis electi Daniae, consanguinei, socii ac fratri nostri charissimi, redacta est. Quae quidem Sua Regia Dignitas commiserit Ioanni Peyn, Suae Regiae Dignitatis consiliario, praefectoque classis nostrae praefato supremo, ad me transscribenda. Quae quidem similiter Regiam Maiestatem Vestram ex debito officii mei, necnon ob

singularem animi propensionem, quam Regia Maiestas Vestra erga dictum Regem ob mutuam amiciciam et vicinitatem gerit, minime celanda^{c)} putavi, quae^{d)} Regia Vestra Maiestas ex inclusis scriptis clementer intellegit, haud diffidens Regiam Maiestatem Vestram huiusmodi foelicibus successibus eiusdem Regis congratulaturam. Cum his Regiam Maiestatem Vestram Altissimo ad nestoreos annos quam foelicissime valituram commendando. Datae e Regio Monte, 1 Augusti anno etc. 36.

Sub textu: In simili modo scriptum est Episcopo Plocensi¹⁾.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae, III²⁾ Augusti.

a) sequitur expunctum: nobis
b) in ms. quidem
c) correctum ex: colauda

d) sequitur expunctum: igitur
z) sic in ms.
1) Ioannes Chojeński.

N. 1314

E Regio Monte, 1.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]
servitorem suum ad iudicium Camerae Imperialis cum litteris regiis
missum iam rediisse nuntiat, nullum tamen responsum, « praeter
quam inclusam schedam », retulisse.*

Cfr. El. XXXV, N. 497.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 154-155.

Responsum Imperialis Camerae transmittit.

Reverende in Christo Pater etc.

Quando nobis praesens tabellarius obtigit, familiaris scilicet Generosi Domini Achatii Zceme, Capitanei Stummensis etc., quem ipse Vilnam versus expediverat^{a)} ad adventum suum pro hac vice apud Regiam Maiestatem excusandum, eo quod illum aegre ex oculis laborare constat, obque id pro remedio ac consilio apud nostros medicos solicitasse, non potuimus dimittere, quin Reverendam Paternitatem Vestram nostris quoque literis inviseremus, notificantes eidem servitorem nostrum, quem cum Regiae Maiestatis literis nuper ad iudicium Camerae Imperialis misimus, domum rediisse nihilque responsi, praeter quam inclusam schedam, retulisse.

Rogamus itaque Reverendam Paternitatem Vestram peramice, ut id quoque Regiae Maiestati, Domino et avunculo nostro clementissimo, velit significare ac praeterea omnem foelicitatem singulis Regiis ac Regionalibus^{b)} Maiestatibus quam officiosissime nostro nomine precari, servitiae nostra offerre, et denique Reverenda Vestra^{b)} Paternitas sua solita benevolentia et amore nos prosequi^{c)}, cui vicissim in omnibus gratificari studebimus, quodque semper salvam et incolumem fore^{d)} affectamus. Datae e Regio Monte, 1 Augusti anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi.

a) correctum exq expediverit
b) in ms. abbreviatio: R loco: V
c) in ms. presequi

d) in ms. foro
1) Bona.

N. 1315

E Regio Monte, 2.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Henrico Gotsch ab Herzigswalde
novitates bonas ex Dania allatas mittit et orat, ut eas cum aliis dominis
et cum Nicolao Nibschatz communicet; utriculos (sackpfeifen) duos
Nicolao Nibschatz dono mittit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 42, f. 255.*

N. 1316

E Regio Monte, 3.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
commendatos sibi duos pueros, filios Nicolai Kuntz, « vicesgerentis et
capitaniei Vilnensis », se libenter in gratiam suam recipere nuntiat,
ut iuxta optata parentis eorum « hic Monte Regio instituantur »; mittit
nova ex Dania sibi allata, praesertim de civitate Hafnia (in ms. Co-
penhagen) post longam obsidionem a rege Daniae [Christiano III] expugnata.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 50, f. 156.*

N. 1317

E Regio Monte, 14.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Russocki, castellano Biechoviensi, capitaneo Lanciciensi,
litteras eius, « tam singulatim, quam insimul una cum... Stanislai de
Lasco » ad se datis litteris, se accepisse et ei coniunctim cum « dicto
Domino Castellano » [Stanislaw Łaski] abunde respondisse nuntiat.
(Latine)
Cfr. El. XXXV, NN. 493, 494, 508.
Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 156-157.*

N. 1318

E Regio Monte, 14.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Stanislaw Łaski et Nicolao Russocki
pro auxilio oratori regis Daniae in aula regis Poloniae praestito gratias
agit; Martinum Gadowski (vel Chodowski) ad instantiam eorum in*

gratiam recipit; nuntiat civitatem Hafniam a rege Daniae post longam obsidionem in ditionem receptam esse.

Cfr. El. XXXV, N. 494.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 157-158.

Agit gratias et recipit Martinum Gadowsky in graciam et scribit nova.
Magnifici ac Generosi, Amici nobis plurimum amandi.

Affectum Magnificentiarum Vestrarum plenum videlicet fidei, integritatis et officii erga nos cum ex ipsarum literis, tum ex relatione Generosi Domini Martini Gadowsky nomine Magnificentiarum Vestrarum grataanter accepimus, eo quod Magnificentiae Vestrae insimul necessitatem, nobis iurique Regni Poloniae Prutenico ingruentem, et cum hoc machinas adversariorum ad Regiam Maiestatem, Dominum et avunculum nostrum clementissimum, retulerint, remque Serenissimi Regis Daniae¹⁾, affinis, consanguinei ac fratris nostri charissimi, nostramque communem, ad instantiam oratoris²⁾ ipsius Regis suffragiis suis in consilio regio iuverint, seque una cum necessariis suis ad nobis inserviendum, tam vita quam bonis, offerunt. Pro quo eisdem Magnificentiis Vestris habemus gratias longe gratissimas. Recepimus quoque dictum Dominum Martinum cum ad commendationem Magnificentiarum Vestrarum, tum ad sui ipsius benevolam oblationem, in nostram gratiam albumque eorum, quibus ex animo bene cupimus et volumus.

Credimus insuper ad noticiam Magnificentiarum Vestrarum pervenisse Deum Optimum Maximum, pro sua immensa misericordia, qua in se confidentes bonaque iusticia suffultos nunquam deserit, adversariorum nostrorum conatus et insidias aliquantulum repressisse impeditivisse, eo quod praefatum Regem, adversariis alias aliis rebus occupatis, universa possessione dicti Regni Daniae potiri fecerit, civitate tandem Copenhagensi post longam^{a)} et erumnosam obsidionem in dicionem recepta. Quid vero deinceps futurum sit, id quoque miserentis Dei dispositioni committimus, rogantes impense, ut eaedem Magnificentiae Vestrae nihilominus in eo proposito et propensione voluntatis suae erga nos persistere velint. In quibus profecto non vulgarem ponimus fiduciam, eamque oblationem benevolentiae servitiorumque suorum usui nostro, occasione id exigente, nobis semper fiducialiter reservantes. Magnificentiae Vestrae ex adverso sibi de nobis habeant persuasum, ubi eisdem opera, consilio et commendatione nostra prodesse poterimus, nos nunquam defuturos. Habemus insuper gratias Magnificentiis Vestris pro communicatione novarum rerum nobis facta, rogantes singulariter^{b)}. Dominum Stanislaum de Lassko, ut nos de singulis rebus novis, quae ei contigerint, velit reddere certiores, ^{c)}admonere velitis^{d)}. Quas Magnificentias Vestras diu et foeliciter valere exoptamus. Datae e Regio Monte, X^{IIII} Augusti 36.

In margine in initio scripti: Ad Magnificos Dominum Stanislaum de Lasko et Dominum Nicolaum, Capitaneum Lontzicensem.

a) in ms. longum

1) Christianus III.

b) sequitur expunctum: vos

2) Ioannes Pein.

c)-d) in margine alia manu.

E Regio Monte, 14.VIII.1536.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Łaski, palatino Siradiensi,

de quibusdam adversariis regis Daniae et suis varias insidias contra eundem regem et se ipsum struentibus; de civitate Hafnia a rege Daniae post diuturnam obsidionem in potestatem redacta nuntiat; quod se servitio regis Romanorum addixerit, ei gratulatur, et sperat id Regno Poloniae utile futurum.

Cfr. El. XXXV, N. 489.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 158-160.

Agit gracias et gratulatur, quod servitio Romanorum Regis sit as-
scitus etc.

Salutem plurimam graciosumque ad quaevis beneplacita affectum.
Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter amande.

Literas Magnificentiae Vestrae, solitae fidei, integritatis et officii in nos plenas, 15 die Iulii datas, cum Generoso Domino Martino Godawssky accepimus, quae nobis fuerunt acceptissimae. Nolumus itaque eandem Magnificentiam Vestram latere non deesse profecto quosdam, qui in primis Serenissimo Daniae Regi¹⁾, affini, consanguineo ac fratri nostro charissimo, et deinde nobis, varias insidias struere non cessant, quo quemlibet nostrum deturbare penitus Regnumque Poloniae iure suo Prutenico in perpetuum privare possent. De quo quidem nos dudum, pro debito officii nostri in Regias Maiestates ac Regnum Poloniae, easdem Maiestates, quas pro defensione iuris sui ac nostri clementissimas reperimus, reddidimus cerciores. Quas quidem machinas Altissimus Deus modo pro sua immensa clementia, qua in se sperantes bonaque iusticia suffultos nunquam deserit, aliquantulum fregisse impediisseque visus est, eo quod praefatum Regem, adversariis alias alii rebus^{a)} occupatis, universa possessione dicti Regni Daniae potiri fecerit, civitate tandem Copenhagensi post diuturnam obsidionem in dedicionem recepta. Quid vero deinceps futurum sit, id quoque misericordiae Altissimi committimus. Quare habemus Magnificentiae Vestrae pro illa sua propensissima in nos voluntate et oblatione suorum servitiorum gratissimas gratias, nimirum in eandem Magnificentiam Vestram non vulgarem semper ponentes fiduciam, et ut in eodem^{b)} proposito persistere velit, impense rogamus.

Ceterum congratulamur Magnificentiae Vestrae, quod se servitiis Serenissimi Romanorum Regis²⁾ addixerit, haud diffidentes id ipsum in rem Regni Poloniae nostramque communem esse futurum, rogantes Magnificentiam Vestram, ut nos negociaque nostra sibi apud eundem Romanorum Regem ipsamque Caesaream Maiestatem³⁾, si quando illam quoque invisere vel coram vel literis contigerit, velit habere diligenter commendata^{c)}, adversariorumque Regni Poloniae nostrorumque communium machinas pro sua virili, prudentia et dexteritate reprimere ipsorumque Maiestatibus persuadere nos, praeter laisionem dicti Regni Poloniae, tam commode eisdem Maiestatibus inservire posse, atque Ordo ille, cum sua^{d)} exemptione, Teutonicus, nosque de singulis, quae illic nostro nomine geri comperiet, sive quae Magnificentia Vestra in rem nostram gesserit, sive quid novarum rerum scituque dignum eidem oc-

currerit, continuo reddere velit certiores. Magnificentia Vestra ex adverso sibi de nobis persuasum habeat, ubi eidem commendatione, consilio atque opera nostra prodesse poterimus, nos nunquam defuturos. Insuper habemus Magnificentiae Vestrae pro communicatione novarum rerum in ipsius literis gratias. Quam denique diu semperque et foeliciter valere exoptamus. Datae e Regio Monte, XIIIII Augusti anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Domino Ieronymo de Lasko.

- a) sequitur expunctum: op
- b) in ms. eadem
- c) verbum correctum.
- d) in ms. suo

- 1) Christianus III.
- 2) Ferdinandus I.
- 3) Carolus V.

N. 1320

E Regio Monte, 20.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo
rogat, ut sibi equos ad venationem exercendam aptos emat et mittat.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 255-255v.*

N. 1321

E Regio Monte, 20.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Kościelecki, castellano Calissiensi,
pro animo erga se suosque subditos officioso gratias agit; rogat, ut res
mercatori cuidam retentas litterarum exhibitori restitui faciat.
Ostpr. Fol., vol. 50, f. 160.*

N. 1322

E Regio Monte, 22.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
consulibus et Senatui civitatis Posnaniensis
litteras eorum sibi per Henricum Storch (in ms. Storig) redditas esse
nuntiat, ex quibus calamitatem et iacturam ex conflagratione civi-
tatis Posnaniensis se cum dolore intellexisse et iuxta optata eorum
regi scripsisse significat.
(Latine)
Cfr. El. XLV, NN. 16, 18.
Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 169-170.*

N. 1323

E Regio Monte, 24.VIII.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*Felicem Stang ab Allen (Alden) commendat et rogat, ut negotia eius
apud regem promoveat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 255v-256.

N. 1324

E Regio Monte, 25.VIII.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*de incendio Posnaniae Iudeorum culpa excitato et de arce regia ibidem
conflagrata nuntiat et Iudeorum a christianis segregationem suadet.*

*(Schedula: de Cruciferorum in Livonia practicis et moliminibus;
de sua in Germaniam profectione).*

Cfr. El. XXX, N. 153.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 163-167.

Pro civitate Posnaniensi contra Iudeos. Item consilia Livoniensium
et de profectione in Germaniam etc.

Serenissime Rex etc.

Cercior factus sum civitatem nedum Posnaniensem ex parte civium
suorum, verum etiam Regiam quoque Maiestatem Vestram ob arcem
suam ibidem ex conflagratione nuper^a) maximam calamitatem et iacturam
passam esse. Quod equidem ac fidelis Princeps, incliti quoque Regni
Poloniae membrum, ex debito officii non sine summo animi dolore per-
cepi, praesertim cum constet arcem eandem istic in finibus dicti Regni
ad ipsius tuitionem esse locatam. Asseritur praeterea incendium huius-
modi primum a Iudeis ex ipsorum incuria esse exortum. Verum cum
minime dubium sit Regiam Maiestatem Vestram, quae alias est oculatissima,
vigilantissimos quoque suae solertiae oculos etiam in remotissima
quaerere intendere solita, pro comperto habere Iudeorum animum,
quo semper in christianos affecti fuerint, etiamsi exempla illa patratorum
scelerum ipsorum in Marchia Saxoniae^b) aliisque partibus sacro-
sanctum corpus Salvatoris nostri sub sacramento Eucharistiae dilanian-
do subque praetextu medicinae multos homines enecando, nos non redi-
derent cautiores. Quae omnia Regiam Maiestatem Vestram memori ha-
bere mente certum est.

Ex quo facile sumenda est praesumptio dictam conflagrationem
forte de industria ab eisdem esse subornatam. Ob quid non immerito
a quibusvis, Reipublicae Christianae ex animo bene^b) cupientibus, pro
invisis habendi. Quamvis de ipsorum excaecatione merito condolendum
esse censerem, si spes aliqua resipisciendi superesse concernetur. Proin-

de cum res ita se plane habeat, quod Iudaei in aliis plerisque christianorum partibus ob dicta aliaque eorum^{c)} nefanda facinora, et quod praeterea christianis contractibus politicisque actionibus perniciosi existant, nomenque Dei Optimi Maximi per eos blasphemetur technaeque plurimae in detrimentum Reipublicae Christianae extruantur subornenturque^{d)}, minime paciantur, existimo Regiam quoque Maiestatem Vestram una cum reliquis ordinibus ac statibus incliti Poloniae Regni expensuram esse, utrum Iudeis in dicto loco Posnaniensi concedendus sit^{e)} regressus necne.

Equidem pro debito fidelitatis meae fideliter consulo atque supplico, Regia Maiestas Vestra, quae alias omne flagitiosorum genus hominum una et ipsa flagitia perosa semper habuit et adhuc habet, dignetur saepedictam civitatem Posnaniensem, quae esse minima minime perhibetur, videlicet metropolis Poloniae Maioris, clementissimis oculis aspicere ac providere, ut dicti blasphemi ac inimici nominis Christi illic rursus cum christianis minime confundantur^{f)}. Imo quam procul ab eis arceantur et segregentur, quandoquidem pro comperto habeatur alias illic pacem, concordiam et tranquillitatem bonamque vicinitatem, ut antea, minime perduraturam. In quo Regia Maiestas Vestra laudem sibi procul dubio immortalem apud quosque christianos Principes, praesertim eos, quorum christianos conatus in hoc ipso secutura fuerit, paratura sit. Quam cupio^{g)} una cum florentissima Republica^{h)} ad consummationem usque nestoriorum annorum perpetuo semperque auctam conservatamque iri. Quare iterum supplico hanc meam propensionem fidelissimi animi non aliter, quam ut procedit profectumque est, accipiendam esse, ipsamque Regiam Maiestatem Vestram semperqueⁱ⁾ diu salvam et incolument^{j)} Altissimo commendo. Quae me suis solitis clementia et amore prosequi dignetur. Datum Regio^{k)} Monte, XXV Augusti 36.

a) *correctum ex: nupera*

g) *correctum ex: cupimus*

b) *supra lineam.*

h) *in ms. Reipublicae*

c) *pro expuncto sua suprascriptum.*

i) *in ms. incolumen*

d) *in ms. subornanturque*

j) *in ms. Regiae*

e) *supra lineam.*

z) *sic in ms.*

f) *in ms. confundentur*

Schedula:

Clementissime Rex.

Quid in Livonia effectum sit, haud dubito dudum ad Regiam Maiestatem Vestram a Generoso Nicolao Nipschitz esse relatum. Qui quidem una cum^{a)} ceteris summam et fidelem, quam debuit et potuit, navavit operam. Ob quod^{b)} eum ipsum Regiae Maiestati Vestrae in pensius commendo. Singulariter hoc, quod quidam non de vulgaribus Livoniae praesidentibus sub secreto communicatum mihi voluit, Magistrum^{c)} scilicet Ordinis Theutonici ibidem effutivisse, non habere prorsus in animo neque posse pacem mecum conservare, eo quod diceret nedum provinciam unam, verum etiam Regnum per me a dicto Ordine esse alienatum. Ex quo luculentissime constat me ob id summo odio ab eisdem haberii, quod me vigore iuris hereditarii, quod Regiae Maiestatis Vestrae Regnum Poloniae ad terras Prussiae habere constat, eisdem Regiae Maiestati Vestrae atque Regno fidelitate ac servituis perpetuo obstrinxerim subdiderimque.

Quare Regiae Maiestati Vestrae ob eandem fidelitatem quam obnixissime supplico, dignetur huiusmodi verba, ut non inania, alta mente reponere ingeniumque illorum recte observare, quod nulla prorsus fides et constantia illinc expectanda sit, nimirum qui aliud ore et extrinsecus per se ferunt, aliud vero^{c)} pectore moliantur^{z)}, iuxta proverbium de felibus, qui ab ante blandiuntur, retro vero unguis laedunt et dilaniant^{d)} Quibus quidem non tam voluntas, quam vires et commoditas nocendi deesse videntur. Velit igitur Regia Maiestas Vestra ita pocius negocium instituere, quo Regia Vestra Maiestas ab iis observetur metuaturque^{e)} [potius], quam gracia et clementia sua in deterius trahantur. Et quantae igitur aestimationis Regia Maiestas Vestra apud eosdem sit, cum ex praefato Nicolao Nipschitz, tum ex aliis eadem Regia Maiestas Vestra intellexit.

Insuper ut nihil caelem Regiam Maiestatem Vestram, ipsaque eo certius expendere habeat, quorum verba dicti Magistri^{f)} spectent atque pertineant, cupio eandem Regiam Maiestatem Vestram esse certiorem, me scripta cuiusdam fidelis servitoris mei, quamvis iam antiqua apparet, recepisse: Administratorem Ordinis Teuthonici in hoc omnibus nervis intendere et inniti^{g)}, ut se Palatino Frederico Rheni adiungat, modoque coegisse milites, quibus fortuna ipsorum votis respondentे incursionem in Prussiam facere illamque suo Ordini subdere decreverit. In quo negocio praesertim ad manum in promptuque haberet nobilitatem Franconicam, qui terram Prussiam hospitale^{h)} esse fatentur ac praedicantⁱ⁾, qui eidem cum octingentis equis per integrum annum propriis expensis se inservire polliciti sunt. Iterum atque iterum supplicando, Regia Maiestas Vestra non dignetur hoc negocium parvi aestimare. Pro cuius cura^{j)} et clementiam^{z)} me huiusmodi persecutioes pati plus solatii ac confirmationis, quam metus tristiciaeque existimo.

Ad haec Sacram Regiam Vestram Maiestatem ignorare nolo, fratres, amicos et consanguineos meos summopere in negotiis Ducatum et dominiorum domus et familiae Brandenburgensis meam praesentiam et adventum in Germaniam desiderare. Quum vero extremam necessitatem intelligam, posse fieri bona spes est, ut brevi Germaniam, fratres, amicos et consanguineos meos invisam. Si itaque quid habet Regia Vestra Maiestas, quod mihi iniunctum esse cupiat, precor, id ipsum facere clementer dignetur, policeor etenim ad haec officiosas et diligentes meas operas, unice petentes^{z)}, Regia Vestra Maiestas dignetur clementer charissimam meam consortem^{z)}, dulcissimam filiam^{j)} omnesque meos subditos clementer commodatos^{z)} habere illisque consilio, opera et auxilio adesse. Dabitur porro^{k)} a me diligens opera, ut quam potest fieri citissime domum ad meos revertar gratusque tanquam subditus erga Regiam Vestram Maiestatem perpetuo inveniar.

Et cum Generosum et Nobilem Achatium Czema etc. in negocio Illustris Hedwigis ad Illustrum Principem Electorem, Dominum Ioachimum Marchionem Brandenburgensem, designatum esse oratorem et legatum compertum habeam, policeor, si me Dominus Czema in Germania vel Berolini offenderit, in eo negocio Illustris Hedwigis, affinis meae charissimae, diligentes, officiosas et benevolas meas operas adhibitu-

rum. Commendans me, consortem meam charissimam, filiam dulcissimam, omnesque meos subditos iterum atque iterum Regiae Vestrae Maiestati, quam sanam, salvam, incolumem fortunatissimamque longaevos in annos exopto. Datae e Regio Monte, 25 Augusti anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae.

- | | |
|-------------------------------|-------------------------------|
| a) sequitur expunctum: certis | h) correctum ex: hospitalem |
| b) correctum ex: quid | i) in ms. praedicent |
| c) in ms. vere | j) in ms. dura |
| d) in ms. dilaneant | k) sequitur expunctum: operam |
| e) in ms. metueturque | z) sic in ms. |
| f) correctum ex: Magistro | 1) Hermannus a Brüggenei. |
| g) verbum correctum. | 2) Dorothea. |
| | 3) Anna Sophia. |

N. 1325

E Regio Monte, 25.VIII.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]

de victoria regis contra Moschos reportata gaudet; sententiam suam de legatione Achatii Czema ad Ioachimum electorem Brandenburgensem se eidem Czema coram aperuisse nuntiat regi transmittendam; de futura sua in Germaniam profectione significat, servitia ibi praestanda offert, coniugem et filiam commendat; rogat, ut de adauendo viatico Achatii Czema cum rege verba faciat.

(Schedula: litterarum exhibitem, cui negotia quaedam commiserat, commendat).

Cfr. El. XXXV, NN. 490, 499.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 161-162.

Reverende in Christo Peter etc.

Literas Reverendae Vestrae Paternitatis, datas Vilnae 14 Augusti, accepimus. Ex quibus intelleximus Sacram Regiam Maiestatem victoriam contra Moschos habuisse etc. Agimus autem Deo Optimo Maximo gratias, quod Sacrae Regiae Maiestati, Domino et avunculo nostro pientissimo, nunc denuo clementer victoriam contra hostes suos largiri dignatus sit, precantes eam et perpetuam et constantem esse. Hanc primam caussam feriendi foederis esse certum est, quam cum utilitate et commodo Sacrae Regiae Maiestatis fieri summopere expectamus et desideramus.

Oblatae sunt itidem nobis literae Reverendae Vestrae Paternitatis, Vilnae scriptae^{a)} 19 Iulii, quibus Reverenda Vesta Paternitas iussu Sacrae Regiae Maiestatis a nobis nostras in legacione ad Illustrum Principem Electorem Ioachimum Marchionem Brandenburgensem, fratrem et consanguineum nostrum charissimum, desiderat operas etc. Fuit praeterea coram praesens Generosus ac Nobilis Achatius Czema etc., qui nobis

mentem Regiae Maiestatis aperuit. Et quamquam nos plane stupidos in hiis negotiis, praesertim regiis, esse intelligamus, noluimus tamen praetermittere, quin nostras ineptias pro debita nostra erga Regiam Maiestatem obedientia et observantia in publicum adferremus, submitentes illud ipsum Regiae Maiestatis et Reverendae Vestrae Paternitatis iudicio, nihil addubitantes Sacram Regiam Maiestatem et Reverendam Vestram Paternitatem boni nostras consulturam ineptias.

Ad haec Reverendam Vestram Paternitatem ignorare nolo, fratres, amicos et consanguineos nostros summopere in negotiis Ducatum et dominiorum, domus et familiae Brandenburgensis nostram^{b)} praesentiam et adventum in Germaniam desiderare. Quum vero extremam necessitatem intelligamus, posse fieri bona spes est, ut brevi Germaniam, fratres, amicos et consanguineos nostros invisam. Si itaque quid habet Reverenda Vestra Paternitas, quod mihi iniunctum^{c)} esse cupiat, precor id ipsum facere amice et fraterne dignetur. Pollicemur etenim ad haec officiosas et diligentes nostras operas, unice petentes, Reverenda Vestra Paternitas dignetur amice et fraterne charissimam nostram consortem^{d)}, dulcissimam filiam^{e)}, omnesque nostros subditos^{f)} amice ac^{g)} clementer commendatos habere illisque consilio, opera^{h)} et auxilio adesse. Dabitur porro a me diligens operaⁱ⁾, ut quam potest fieri citissime domum ad nostros revertamur.

Cum verba faceremus cum praefato Domino Achatio Czemen etc., intelleximus eundem parvum^{h)} ad has duas expediendas legationes habere viaticum. Porro nos non latet, quam magni vivatur hoc tempore in Germania, ut plane nobis persuadeamus praefatum Czemen non posse hac parva summa, ubi ingens requiritur ad varia sumptus, explere et finire legationem. Quare petimus amice et fraterne, Reverenda Vestra Paternitas dignetur per occasionem hiis de rebus apud Sacram Regiam Maiestatem verba facere atque id, quod Sacrae Regiae Maiestati omnibusque suis honori et commodo esse possit, de quo minime dubitamus, amice et fraterne diligenter promovere. Datae e Regio Monte, XXV Augusti anno etc. 36.

Schedula:

Praesentium exhibitor, nobilis ac fidelis noster servitor Foelix Stang ab Althen, exponet Reverendae Vestrae Paternitati quaedam ardua sua negotia. Quae cum iustissima nostro sint iudicio, petimus amice et fraterne, Reverenda Vestra Paternitas vel iusticiae vel nostri caussa clementer et benigne eidem adesse velit. Daturi sumus diligentem operam, ut in maioribus Reverendae Vestrae Paternitati amice et fraterne inseruiamus. Id quod et praefatum Foelicem summo studio, obsequio et diligentia facturum certo scimus. Datae ut supra in literis.

In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi, 25 Augusti.

a) in ms. scriptas

f)-g) in margine.

b) sequitur expunctum: meam

h) in ms. parvam

c) in ms. iniunctam

1) *Dorothea.*

d)-e) supra lineam

2) *Anna Sophia.*

E Regio Monte, 25.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia**Andreae a Górką, castellano Posnaniensi,*

*binas litteras eius per Henricum Storch (Storig) sibi allatas esse nuntiat,
alteras commendaticias in negotio puerorum Iacobi Korp, alteras
fraterni amoris plenas; de incendio Posnaniae Iudeorum culpa exci-
tato et de damnis inde exortis dolet.*

*Cfr. El. XXXV, NN. 495, 496.**Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 167-169.*

De pueris olim Famati Iacobi Korp. Offert sua officia et consolatur.
Magnifice et Generose, Frater et Amice nobis dilecte.

Famatus Henricus Storig obtulit nobis binas Magnificentiae Vestrae literas, alteras commendaticias in negocio^{a)} puerorum olim Famati Iacobi Korp, in quo negocio^{b)} id, quod ius et aequitas expostulat, fieri clementer demandavimus; alteras vero humanissimas, plenas fraterni amoris, benevolentiae et arctissimae necessitudinis, ut plane nos nostra dum concepta de Magnificentia Vestra sententia et opinio nequaquam fefellerit. Hanc Deus omnipotens firmam, perpetuam et constantem conservare dignetur, obsecro. Neque vero erat operae precium Magnificentiam Vestram parare excusacionem, quod per intervallum tanti temporis nullas ad nos dederit eadem literas. Maior etenim et firmior nostra inter nos est familiaritas, necessitudo et amicitia, quam quod eiuscmodi^{c)} levibus offendendi possit. Imo si ius amicitiae desideraret purgationem, a nobis eandem fieri aequum esset. Verum aequa negocia atque Magnificentiam Vestram et ignorantiam, ubi locorum Magnificentia Vestra offendi potuisset, cessationem et taciturnitatem causarunt. Quare similiter precamur veniam, amice et fraterne petentes, Magnificentia Vestra velit sibi de nobis animum amicum, fraternalm et benevolum persuadere, nosque saepius de sua valetudine suorumque certiorem reddere.

Uti gratiarum actione pro iis, quae Dominus Nipschitz, Regiae M-
iestatis aulicus, Magnificentiae Vestrae de animi nostri benevolia et fra-
terna propensione retulit, opus non erat, quia percupimus Magnificentiae Vestrae amice et fraterne adesse, quod et re ipsa praestitissemus^{d)}, nisi periculosa illa nostrae^{e)} tempestatis bella impedimento fuissent. Quod imposterum data occasione pro nostra oportunitate facere summopere desideramus.

Relatum est nobis civitatem Posnaniensem et Magnificentiam Vestram in arce sua ignis conflagratione grave et incomparabile damnum perceperisse. Id quod inviti atque magna cum animi tristitia intelleximus. Petimus itaque, si Magnificentia Vestra, quemadmodum factum esse necesse est, damnum pertulit, velit hanc Dei virgam pacienter ferre atque id secum cogitare, Deum Optimum Maximum et maiora, atque hactenus nunquam dederit, dare pro sua benignitate posse. Ipse enim cum sit Dominus et moderator^{f)} omnium rerum in hoc saeculo, iuste pro suo^{g)} arbitrio quaevis et demit et dat, qua de caussa pocius agenda illi est gracia eth^{h)} macerandus animus. Est autem pergrave ab impiis Hebraeis Magnificentiam Vestram et omnes cives talia ferre debere. Quibus cum intelligamus Magnificentiam Vestram non usquequa bene velle, plurimum gavisi sumus petentes, Magnificentia Vestra malit adhaerere Chri-

stianorum quam Iudaeroum precibus. Magnificentiam Vestram salvere cupimus, petentes nos charissimis parentibus subinde officiose commendari, quosⁱ⁾ aequo plurimum salvere iubemus. Datae e Regio Monte, XXV Augusti 36.

In margine in initio scripti: Andreeae de Gorckau.

a)-b) *in margine.*

g) *in ms. sua*

c) *sequitur expunctum:* quam

h) *sic in ms., error pro: quam?*

d) *in ms. prestissimum*

i) *in ms. quem*

e) *in ms. mederator*

N. 1327

E Regio Monte, 25.VIII.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,
pro communicatis novitatibus gratias agit; bombardas brevi Caunam
missum iri promittit.

Cfr. El. XXXV, N. 498.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 169.

Agit gratias pro communicatis novitatibus. De bombardis.

Salutem et clementiam nostram.

Magnifice et Generose.

Literas Magnificentiae Vestrae, octavo die Augusti datas, accepimus. Imprimis itaque habemus Magnificentiae Vestrae gratias, quod nobis bonam valetudinem folicesque successus precata est, nosque de rebus Regni Poloniae, cum Moldaviae et Moschoviae, reddidit certiores, clementer petentes, nobis sedulo et valetudinem Regiae et Reginalis Maiestatis et successum omnium rerum Magnificentia Vestra significare non gravetur.

Ceterum in negocio bombardarum operam sane diligentem locavimus, utpote quae nonnihil temporis et negotii in fabricando perficiendoque requirant. Ad quas quidem probandas et recipiendas Gedanum misimus speramusque brevi affuturas. Quae cum primum allatae fuerint, iuxta optata Magnificentiae Vestrae Caunam versus ad Dominum Plebanum¹⁾ ibidem indilate mittemus, de pretio haudquaquam diffidentes. Si quo alio Magnificentiae Vestrae gratificari poterimus, offendet nos clementer benevolos. Rogantes denique Magnificentiam Vestram, ut nos nostraque obsequia Regii Reginalique Maiestatibus quam officiosissime velit commendare. Valeat Magnificentia Vestra diu et foeliciter. Datae e Regio Monte, XXV Augusti 36.

In margine in initio scripti: Nicolao Volsky.

1) *Erasmus Eustachius.*

N. 1328

E Regio Monte, 27.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae*

*pro Iosto Ludovico Decio a quodam praedone [Ioanne Schlegel] captio-
et abducto intercedit et rogat, ut rex in negotio eius ad regem Ro-
manorum, electorem Brandenburgensem, marchionem Georgium et
ducem Legnicensem scribat.*

Cfr. El. XXX, N. 154.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 170.

*Pro Iosto Ludovico Decio.
Serenissime Rex.*

Relatum est mihi Iostum Ludowicum Decium etc. a quodam Regiae
Vestrae Maiestatis et Regni Poloniae hoste captum atque abductum esse.
Id quod magna animi cum molestia et tristitia percepit, non ignorans,
quantus Regiae Vestrae Maiestatis aliorumque fuerit sedulus et studio-
sus servitor. Quare a quovis summo iure hanc iniuriam totis viribus
vindicandam esse arbitror. Ut autem et ego huic misero in vinculis
detento mea opera adsim, precor, quod et consulere et suadere ausim,
Regia Vestra Maiestas dignetur ad Serenissimum Regem Romanorum¹⁾,
ad Illustrum Electorem Brandenburgensem²⁾, ad Georgium Marchionem
Brandenburgensem et Ducem Lignicensem³⁾ benigne et amice scribere,
posteaquam praefatus Decius in dominiis Regis Romanorum ab hoste
Regiae Vestrae Maiestatis captus sit, velint operam adhibere, ut is servi-
tor Regiae Vestrae Maiestatis opera eorum expiscari possit et redimi
etc. Vicissim datura esset Regia Vestra Maiestas operam, ut in similibus
et maioribus se clementem exhiberet etc. Haec honori et commodo
Regiae Vestrae Maiestati futura reor. Commendo me iterum atque iterum
Regiae Vestrae Maiestati. Datae e Regio Monte, 27 Augusti anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae.

1) *Ferdinandus I.*

2) *Joachimus II.*

3) *Fridericus II.*

N. 1329

E Regio Monte, 29.VIII.1536.

*Albertus dux in Prussia
Nicolaus Nibschitz*

*quattuor epistolas eius, duas ex Livonia et duas Vilna datas, se accepisse
nuntiat; ad querelas eius de difficultatibus et angustiis in obeunda
legatione in Livonia, in negotio Gulielmi marchionis sibi imposita,
respondet; de eius ex ea legatione felici Vilnam reditu gaudet; pro
novis sibi ab episcopo Plocensi missis, praesertim de Moscovitis
profligatis et pulsis, eidem episcopo gratias agit et regi novas victo-
rias super Moscovitis auguratur; bonum et felix iter ad Comitia*

*Cracoviensia et omnem in eis successum regi precatur; debitum
salarium ei persolutum iri nuntiat.*

(Schedula: de actis et dictis doctoris Niederhoff miratur).

Cfr. El. XLVII, NN. 199, 200, 204, 206.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 256-258v.

An Nickeln Nipschitzen den XXVIIIten Augusti anno etc.

Wir haben numehr vier schreiben kurtz nacheinander, der zwei in Leifflandt und die anderen bede zur Wilna aussgangen, empfangen und ein jdes seines inhalts lesende eingenommen. Und dunckt uns dieselbigen nach der lenge zu widerholen, ader auch auf alles zu antworten ane noth sein, sonder wollen dir aufs kurtzte der notigsten punct halben, deinem begeren nach, in antwort genediger meinung nit verhalten.

Erstlich, das du dich in deinem schreiben des zugks in Leifflandt so gantz hoch auch vhast dermassen beschwert, woe man dir der reisen gleich mehr wolt auflegen, das du darzu (doch unbegeben unser genad) nein sagen wollest, dan du nicht allen marggraffen zu dienen vorpflicht werest, mit fernerm inhalt desselben deines schreibens etc. Nun solst du furwhar glauben, das wir dir mit denen²) genaden zugethan sein, das wir in allwegen deine person lieber zu rhue und aller bequemickeit, weider zu unruhe furdern wolten, wie wir auch nit anderst wissen byss anhere genedigklich thun haben helffen, das wir aber auf unsers brudern, marggraffen Wilhelms etc., an ko.mt. zu Polan etc. schreiben dich als den verstandigen nit gern vor andern bei seiner 1. in derselben hochwichtigen, schweren sachen sehen solten, hastu leichtlich abzunemhen. Wher auch (unsers erachtens) je nicht so gar billig, auch zu horen verdriesslich, das sich dein person oder andere zu der zeit, wenn sie die herschaften zum hachsten bedurfen, also gar beschwerlich machen wolten, so wir dach auch eigner person, wann es die nodturft erfordert, ein zimbliche unruhe von deinewegen zu dulden unbeschwert wheren. Jdach versehen wir uns, es sei diese deine ungedult nicht dohere geflossen, das du dem churfurstlichen hauss Brandenburgk nicht gern dienest, sonder aus dem, das sich die groben leuth (wie du sie nennest) also wankelmutig und unbeständig in handel geschickt haben.

Deinen andern aus Leifflandt aussgegangenem schreiben nach, wollen wir fur unser person dich gern in Leifflandt bothschaftweiss zu verschicken verschonen. Woe aber hochgedachte ko.mt. dich, wie jtzundt auch geschehen, derort widerumb als iren vertrauten diener zu brauchen gesindt, konten wir solchs, wiewol wir dir die die unbequemickeit nicht gern goennen, sowol als jtzundt auch geschehen, nit wheren.

Was anlangt das viel ding bei hochgemeltem unserem lieben brudern, marggraffen Wilhelmen etc., zu bessern und mehr leuth seiner lieb zu handen zu schaffen vonnoten, solchs wollen wir in genedigem nachdencken haben und die unordenung, darin sein 1. jtzundt gewachssen, den verlauffenen gescwinden hendeln beimesse, zu Gott der besserung verhoffendt.

Als du ferner anzaigst, das du sampt den churfurstlichen und unserem geschickten etlich wochen in einem heilosen, elenden flecken in grossem stanck gelegen etc., wie ir auch semplich viel muhe und arbeit gehapt, desgleichen wie die stende in Leifflandt dermassen bewegen, das sie zun messern gegriffen mit merherem anhangk etc., nun mochten

wir woll leiden, das du und die andern gesandten alle bequemickeit gehapt hettest; was an demselben gemangelt, goennen wir dir und jnen nicht, haben auch doran kein schuldt. Des gehapten vleiss aber thun wir uns in allen genaden bedancken, wollen auch solchs genedigklich zu erkennen in khein vergessen stellen. Wir lassens auch beduncken, das du an dem ungeperde der leiffendischen stende ir hochtragendt gemuth und wieviel sie auf ko.mt. als wir wol mehr gesagt haben¹⁾, vermerckt hast, dan bei denen leuthen will furwhar viel kuntzels nicht angesehen werden.

Wolten uns daneben, deinem schreiben und bitten nach, den vertragk gern gefallen lassen, wie er darnach were. Das er aber nit besser gemacht hot moggen werden, khoennen wir woll gedencken, das es nicht dein und der andern gesandten, sonder der abgonstigen und partheischen leuthen, wie wir aus deinem brief gewesen sein vermercken, schuldt ist. Dann wir achten, wenn die abgonstigen mit gleichenn augen darein sehen hetten wollen, es solt unsers brudern sachen nicht so gar hultzere (wie sie von mennigklich veracht) und des gegenparts guldene worden und gewesen sein. Jdoch so wollen wir dieses und anders Got heimgegeben und unser gemueth in allem pilligen neben dir zufrieden stellen.

Das du zur Wilna mit gesuntheit ankommen, horen wir gerne und sein solchs deiner person halben erfreuet. Nichtsweniger, das du schreibest von allerlei schriften, so du vor dir zur Wilna funden, welche uns der herr pischoff von Plotzki¹⁾ etc. vor deinem ankommen beantwort, sein wir gegen seiner lieb hoch danckpar, und das die zeitung von Coppenhagen ko.mt., dem gantzen koniglichen hauss und menigklich erfreulich gewesen, auch dits egemeltem unserren freund von Plotzki etc. die sackpfeifen wolgefalen sampt dem, das der Moschkowiter²⁾ geschwecht und derselben etzlich geschlagen, horen wir hertzlichen gern und sein solchs auch erfreuet. Wunschen von Gott, dem almechtigen, ko.mt. ferner sig und überwindung gegen dem Moschkwiter und aller derselben vheinde.

Belangende den konftigen landtag zu Crockaw auf Allerheilengtagk und das sich ko.mt. sampt dem gantzen koniglichen hauss eigner person dohin begeben wil, horen wir nit ungern. Wunschen seiner ko.mt. sampt dem gantzen koniglichen hauss geluckselige raiss und gesunthe ankunft in ir reich. Der Almechtig gebe seinen gotlichen geist ins mittel, domit aldo verhandelt und beschlossen, das seiner mt., der loblichen Cron zu Polan und aller derselben verwandten und zugethanen zu wolfart, gedei, ehre und aufwachs geraiche.

Antreffende den bericht deines dinstgelts halben, darauf wollen wir dir genediger meinung nit bergen, das uns wol bewust, das dir dein jtzigs dinstgelt nit gefallen haben, auch solchs gegen der Wilna an den ehrn Nicolaum Volski etc. durch den erbarn unsern hofdiener Felix Stangen von Alden gelangen lassen und, das er dir aldo gefallen und entricht werden solt, uberschrieben, vorhoffende ime werde auch, dorumb du dann anregen sollest, volge geschehen. Das dir aber unser genedige fraw, die konigin³⁾, das richterampt, welches dir ein jahr II^c gulden nutzung einpracht, abgefordert, auch das dir die Juden zu Crockaw, so dir also viel zienss geben, verprenth, und das sie ko.mt. auf vier jor langk in ansehung ires erliedtenen schadens aller zienss gefreiet, dar durch du also deinem schaden die vier jar über mittrag und dulden must, gonnent wir dir in warheit diesen schaden und wes dir sonst beggehet, hertzlich ungern. Wolten, das es allenthalben verplieben und

nicht geschehen werde, gentzlicher zuvorsicht, das unsere genedige fraw, die konigin, dein person als einen alten diner, wie die genaden milde konigin hierentgegen in einem andern und merhern (des wir dir auch von hertzen gern goennen) mit ko. gnaden begenaden und bedencken wirdt. Solchs haben wir dir auf alle deine schreiben und vielfeltig erindern genediger meinung nit verhalten wollen, dan dir mit genaden etc. Datum ut supra.

Cedula

Was anlangt doctor Niderhofs handelung, haben wir nach der lenge verlesen und eingenomen, und wiewol wir wiessen, das die leuth zu gepongenen hendeln gewogen, so khan uns dannacht nit genugsam verwundern, das er dir, wie einem koniglichen legaten und er als ko.mt. underthan diesess erzeiget, mogen nit anderst urteilen, dann das er es honisch und spitzig, sowol gegen unserm lieben brudern, als deiner person, gemeinet. Doch erkhennt man aus solchem die leuth in iren hendeln und ist auch ir gut gemuth wol zu urteilen. Wer aber nit ungeraten, das man solchen ader seinesgleichen, dermal eines also untherwiese, uff das er sich mit hern zu schertzen nicht untherfieng. Jdoch wirdestu diesem mit nachdencken und an gepurenden orten anzuaigen, als der verstendig wol gute mass zu geben wiessen. Wollen dich auch bei dem hochgepornen fursten, unserem lieben brudern, herrn Georgenn, marggrafen zu Brandenburgk etc., der vogel halben entschuldigen, auch sein lieb doneben khann es anderst bescheen und falcken gefangen werden von deinewegen mit einem par gern verehren. Datum, ut in literis.

a) in ms. gaben

2) *Ioannes IV Basilides.*

1) *Ioannes Chojeński.*

3) *Bona.*

N. 1330

E Regio Monte, 30.VIII.1536.

Albertus dux in Prussia

Henrico Gotsch ab Herzogswalde

*pro litteris 4.VIII.1536 datis gratias agit et de clade Moscovitis illata
gaudet; in negotio eius nullum melius consilium se ei dare posse
scribit, quam quod in praecedentibus litteris dederat.*

Cfr. El. XLVII, N. 201.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 258v-259.

An Heinrichen Gotzschen denn 30 Augusti etc.

Wir haben dein schreiben, des datum Wilde am abendt Unser Frauen diesess XXXVIsten jars, von unserem boten entpfangen, vorlesen und dorauss verstanden, mit was hohem diinstlichem vleiss, des wir in allen genaden danckpar sein, bei ko.mt. und sonst allenthalben du das, wes wir dir durch unser schreiben auferlegt, vortgestelt, darneben auch vernomen die niderlage der Moschkewiter und wes du in deinen sachen und sonst an uns geschrieben. Und sindt furnemblich ins hochts erfreudt,

das ko.mt. sampt dem gantzem koniglichem hauss und allem hofgesindt unser uberschrieben neue zeitung halben mit freuden umgeben sindt worden und horen darneben, das ko.mt. vheindt, der Moschkewiter, abermals schaden genomen, hochlich gern. Der Almechtige verleihe hinfurder ko.mt. sig und überwindung kegen in und allen seiner mt. vheinden.

Was anlangt dein handelung, wissen wir dir vorwhar, wenn du uns auch verwandt werest, kein nutzers, dann im negsten unserem schreiben geschehen, zu raten, dann dardurch solt unsers verhoffens die sach an beiden orten in linde und nu gestilt werden, dorinnen wir uns auch dits orts mit gantzem vleiss vorigem unserem anbieten nach bearbeiten wollen. Mit gnaden begern, du wollest in alleweg beim gantzen koniglichen hauss herren Johan Chointzki und dem gantzen hoff unsers bestess fordern. Das seindt wir etc. Datum, ut supra.

N. 1331

E Regio Monte, 30.VIII.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

respondet ad litteras eius pro Bernardo Reckling (in ms. Rickerling) intercedentes significatque se rem totam, sicut se habeat, regi detulisse et decidendam reliquisse.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 259-259v.

N. 1332

E Regio Monte, 3.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

Consulibus Cracoviensibus

litteras eorum de Iosto Ludovico Decio a Ioanne Schlegel capto se accepisse et de liberatione eius sollicitum esse nuntiat.

Cfr. El. XLV, N. 17.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 259v-260.

An rath zu Crockaw den 3 Septembbris etc.

Wir haben euer schreiben, des datum steht Crockaw den XVII Augusti dits laufenden XXXVI sten jars, uns bei ehr Jobstenn Ludwigenn diener uberschickt, empfangen und inhalts lesende eingenomen. Darinne ir uns zu erkennen geben, wie der Jobst Ludwig cum titulo etc. kurtz verschienener tag durch Hansenn Schlegel, der Cran von Polan abgesagter vheindt, sampt seinem anhang jnen uff seinem grundt und paden in der Schlesien uff dem Kupfferberg einer²⁾ dem furstenthumb Schweidnitz gelegen gefengklichen angenomen und an ort, die euch unbewust, gefurt haben soll. Des wir dan solchs unversehenen urplutzigen unfhals mit gedachtem ehrn Jobstenn Ludwigien ein genedigs hertzlich mitleiden tragen. Wiewol wir zuvor, ehr euer schreiben an uns gelangt, des wiessenschaft gehapt, auch allgereit an etliche ort auf benanten Hansenn

Schlegell sampt seinen mitgesellen gute nachforschung zu haben, damit mher gedachter ehr Jobst Ludwig widerumb abgefangen und erledigt mocht werden, haben schreiben lassen, jedoch haben wir auf euer furbitlichs schreiben, auch das wir ime, als unserem getreuen diner, mit sondern genaden gewogen, jetzo nit unterlassen wollen, den erbarn unsern heuptman uff Lochstedt und lieben getreuen Anthonien Borcken nach Pomern, Merck und Meckelburg, ob derselbig Haness Schlegel an denen orten aussgekunthschaft und ob ernenter ehr Jobst Ludwig seiner behaftung widerumb gefreiet mocht werden, abgefertigt. Dann wann wir euch und ime in einem grossern wilfaren koenten, seindt wir mit allen genaden ze thun genaigt. Und wolten euch dits uff euer schreiben etc. Datum, ut supra.

z) *sic in ms.*

N. 1333

E Regio Monte, 3.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

Annae Deciae, uxori Iosti Ludovici Decii,

*pro marito suo a nefario quodam [Ioanne Schlegel] capto et abducto
se iam prius ad multos Germaniae proceres scripsisse nuntiat et
nunc consiliarium suum ad marchionem Ioannem et duces Pome-
raniae misisse.*

Cfr. El. XLVII, N. 205.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 171.

De^{a)} captivitate Iusti Ludovici Decii.

Nobilis et dilecta^{b)}.

Accepimus ex literis vestris dolenter profecto Generosum ac Nobilem consiliarium nostrum Iostum Ludovicum Decium, secretarium Sacrae Regiae Maiestatis, a nefario quodam captum et abductum esse. Qui cum nedium Sacrae Regiae Maiestati et nobis, sed et amplissimae Coronae Regni Poloniae fideliter et subdite servierit, duximus merito eius causa multa nos praestare debere. Quare et anteaquam vestrae literae nobis oblatae essent, scripsimus mariti vestri caussa ad multos proceres Germaniae, speramusque non de nihilo scriptum esse. Verum cum^{c)} nunc denuo operas nostras desideretis, noluimus pro liberando nostro servitore aliquid, quod illi vel parum etiam prodesse possit, praetermittere. Ablegavimus itaque nobilem et fidelem nostrum consiliarium Antonium Borg ad Marchionem Ioannem et Duces Pomeraniae^{d)}, qui omnem navabit operam, ut liberari et redimi maritus vester queat, clementer petentes, velitis hanc adversam mariti vestri fortunam pacienter ferre, nihil addubitantes eundem gratia, opera et studio multorum Principum brevi liberatum iri. Hiis vos bene valere optimoque animo esse cupimus. Datae e Regio Monte, III Septembbris anno etc. 36.

*In margine in initio scripti: Annae consorti^{d)} Iosto Ludvigowe^{e)}, 3 Sep-
tembris.*

a) *praecedit expunctum:* Pro eodem.

d) *in ms. consorte*

b) *in ms. dilecte*

z) *sic in ms.*

c) *sequitur expunctum:* nihil

l) *Barnim IX et Philippus I.*

N. 1334

E Regio Monte, 4.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

*Henrico Gotsch, Fabiano Czema, Nicolao Nibschatz
litteras eorum, de 4 laneis agri Fabiani Czema tractantes, se accepisse
nuntiat nec eos celaturum, si quid certius ea in re sibi ignota cog-
noverit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 260.

N. 1335

E Regio Monte, 7.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Wolski, castellano Sandomiriensi, magistro curiae reginae Bonae,
sedecim falcones, unam bombardam et duas medias serpentinas per
suum bombardarum magistrum, nomine Ioannem, mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 481, 484, 485, 492, 498 (schedula), 500, 506, 507.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 172-173.

N. 1336

E Regio Monte, 7.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

*Erasio Eustachio, canonico Vilnensi, teloneatori Caunensi,
rogat, ut « sedecim falcones, duas medias serpentinas et unam bombar-
dam, magnum gerentem globum, cum triginta octo cameris » etc.
quanto citius Nicolao Wolski, curiae reginalis magistro, transmittat.
(Latine)*

Cfr. El. XXXV, NN. 498 (schedula), 500, 502, 506.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 171-172.

N. 1337

E Regio Monte, 9.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Nibschatz
de Iosto Ludovico Decio ex captivitate liberando.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 260-260v.

An Nickeln Nipschitz den XVI Septembris etc.

Nachdem wir von des edlen und erentvesten ehrn Jobsten Ludwi-
genn etc. freuntschaft mit hochveissiger bith angesucht und angelangt
werden, wir wolten dir und andern, do es notwendig, schreiben und mit

genaden bitten lassen, auf das der Schlegle sampt seinen mitgesellen von ko.mt. ein christlichs, sicher und mit eigner ko.mt. handt undterschriebens gleit auf ein halbes jor biss zum vertrag der sachen erlangen mochte. Welt er sich alsdann sampt seinen mitgesellen dermassen erzeigen und obgedachten Jobst Ludwigen des gefengknuss freien, als ist unser genedigs begeren, du wollest bei ko.mt. mit vleiss anhalten, damit dem Schlegle ein christlichs sicher gleit, wie obgedacht von ko.mt., auf der Jobst Ludwig des gefengknuss dest ehr gefreiet mocht werden, gegeben werde. Dann, wo solchs nit beschege, gedenchten sie jnen keines weges losszugeben. In dem an deinem moglichen getreuen vleiss nichts erwin den lassen. Doran etc. Datum, ut supra.

N. 1338

E Regio Monte, 13.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de Friderici palatini Rheni, «una cum ipsis Cruciferis ac toto pene Imperio Romano», moliminibus et consiliis contra regem et Regnum Poloniae ac terras Prussiae directis.

(Schedula: de Burgundiensium et Friderici palatini Rheni contra regem Daniae moliminibus).

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 174-179.

De consiliis et nonnullis practicis contra Borussiam et Regna Diae. Serenissime Rex.

Quamvis pro indubitate habeam Regiam Maiestatem Vestram, tanquam solertissimum et circumspectissimum Principem, vigili semper cura pro suis insistere deque propulsandis quibusvis iniuriis et periculis sedulo esse solicitam, nihil denique praetermittere eorum, quae nedum pro bene gubernanda, verum etiam tuenda Republica^{a)} necessaria esse autumantur^{b)}, ita ut eidem Regiae Maiestati Vestrae ulla vel aliena vel mea etiam adhortatione, opera et industria minime opus sit, tamen quia saepe mihi a Regia Maiestate Vestra demandatum existit, mihi quoque ex debito officii, habita horum temporum ratione, invigilandum esse, ut si quid insidiarum machinari seu intendere a quopiam adversus Regiam Maiestatem Vestram ipsiusque diccionem ac subditos intelligerem, id ut continuo et semper ad Regiam^{c)} Maiestatem Vestram deferri conarer. Quare non potui me pro eodem debito continere, quin ea, quae modo observanti mihi occurrerunt, et cum hoc meum iudicium qualcumque pro tenuitate mei ingenii eidem Regiae Maiestati Vestrae prescribam.

Inprimis, quando ipse scripta Domini Opolentzky¹⁾, oratoris Regiae Maiestatis Vestrae, mecum reproto, quatenus mihi a Regia Maiestate Vestra clementer impartita sunt, facile constare puto, quid in animo habere atque moliri Palatinus Fridericus Reni, una cum ipsis Cruciferis ac toto pene Imperio Romano, adversus Regiam Vestram Maiestatem ipsiusque Regnum ac terras Prussiae videatur. Licet ipsa Caesarea Maiestas²⁾ propensum animum suum erga Regiam Maiestatem Vestram et ad publicam tranquillitatem apud dictum oratorem Regiae Maiestatis Vestrae exprimere visus sit, non tamen in hoc videtur statuisse omnino

dicti Palatini suorumque coniuratorum cohibendos esse conatus. Accedunt praeterea, quae indies ex diversis Germaniae partibus multifarie ad me deferuntur, tum ea, quae mihi consanguineus meus charissimus, Illustris Wilhelmus Comes de Henneberg, sub fideli secreto communicata voluit, quorum exemplar Regiae Maiestati Vestrae praesentibus transmittit.

Ultra quae omnia, et praesertim amicam illam Caesaris voluntatem, palam est contra me meosque subditos procedi cum praetensi ipsius imperialis interdicti executione, eos quidem subditos, qui pro more cum ipsorum bonis ac navibus in terris Caesaris applicant et negociantur, etiam alios ditioni meae minime subiectos, apud quos bona meorum subditorum reperiuntur, hostiliter invadendo, spoliando et detinendo. Quale similiter facinus ab ipsis Mekelburgensibus nuper patratum existit, qui alienas etiam naves eo, quod ex Prussia venerint, huiusmodi interdicti praetextu detinuerunt ipsaque bona in eisdem navibus contenta partim instar praedae ab ipsis partita, partim pecunia redempta. Insuper certior factus sum cum scriptis, tum oretenus per eos, qui in unius mensis spacio in Selandia fuerunt et in tribus septimanis ex Austerdamo² solverunt, Fredericum Palatinum personaliter agere apud Georgium Schenck, eiusdemque non parvo numero exercitum, obsidionem militum in civitate Tham³ Phrisiae existentium tenentem, omnibusque nervis intendere, quo^d interimere obsessos milites posset vel sibi obnoxios reddere, vel denique ex ista regione prorsus propellere. Et tandem horum trium modorum uno obtento, cumque primum se tutum pro dictis militibus sentiscet, constituisse, ut communis fert fama, cum exercitu naues, quae illic in Germania Inferiori ad numerum quadraginta sex ad bellum adprime instructae, una cum mille et quingentis nautis, habentur, concendere ipsumque fretum, ubi Copenhagensis civitas sita est, vulgari Germanico Ortsundt nuncupatum, non attento civitatem eandem in dicionem Regis Daniae⁴ esse redactam^e, appetere occupareque et deinde, si eidem fortassis vi obstitutum fuerit, in Prussiam irumpere, praesertim civitatem Gdanensem, ibidemque hiemare et tandem, quod intenderit, ulterius prosequi.

Nam constat Cruciferos quoque Livonienses a suis technis minime feriari, imo sedulo expeditos esse. Unde facile conici possit, quod nisi dictus Palatinus cum suis coniuratis victorioso illo Danorum bello et ipsis militibus in praefata civitate Tham Phrisiae praepediti fuissent, ipsorum conatus praefracti, ipsos iam dudum adversi aliquid molitos fuisse contra ditionem Regiae Maiestatis Vestrae, praesertim terras Prussiae, et tandem adversus Regiam Maiestatem Vestram, tanquam earundem terrarum Dominum et haeredem. Tametsi hinc sperandum est fortunam ipsum votis non ubique responsuram, tamen et eosdem conatus^f minime contempnendos^g esse puto. Imo verendum est eundem Palatinum, si ipsum continget instructa classe Daniam petere ibique forte minus, quam cuperet, expedire, attamen et impune ob naives, propter instantem hyemem in diversis portubus^h constitutas et dimissas partim, legiones transire, irruptionem attentaturumⁱ in Prussiam, vel si hoc ipsum sub hoc autumno minus prospere assequi rebitur, ipsum cum eadem classe et exercitu hiematurum esse in Livonia vel Wismariae Rostochiaeque, civitatibus dicioni Ducum Mekelburgensium subiectis, adhuc hostilitatis nomen profitentibus, idque ob caritatem annonae, qua in Inferiori Germania laboratur, ut eo expeditius, restauratis com-

meatu et aliis necessariis rebus, futuro vere Prussiam, Regnum et dicione Regiae Maiestatis Vestrae appetere valeat.

Quae quidem ego, pro mea summa observantia ac fideli officio in Regiam Maiestatem Vestram, eidem in praesentiarum minime celanda putavi, eo quod intellexerim eandem Regiam Maiestatem Vestram propediem remeaturam esse Cracoviam ibidemque Generalia Comitia pro foelici conservatione Reipublicae Suae celebraturam, ut eadem Regia Vestra Maiestas, si eidem videtur expedire, desuper cum suis Regni ordinibus et statibus mature deliberare possit et concludere et similiter statibus suarum terrarum Prussiae ad proximam conventionem eorundem pro festo divi Michaelis immediate futuro, aut scriptis aut per orathorem suum regium oretenus significare, quid videlicet hac de re cum a suprafato Domino Opolentzky, tum a me Regiae Maiestati Vestrae per literas delatum sit et quibus discriminibus ob id dictae terrae Prussiae patere dinoscantur, ut eo tempestivius et commodius inter se communicare ac statuere de rebus singulis, ad tuitionem et munitionem ipsorum necessariis, possint, et praesertim de certa pecuniaria summa colligenda et reponenda pro necessario exercitu tempore oportuno conscribendo cogendoque, omnibusque in debitum et necessarium ordinem redigendis, ut eo expeditiores esse possint, una cum Regiae Vestrae Maiestatis ipsiusque Regni meoque praesidiis, ad quibuscumque etiam insultibus adversariorum resistendum, ne inopinate et male provisi, male obruamur.

Ceterum non putarem ab re fore, si modo Regiae Maiestati Vestrae consultum quoque videretur, quod eadem Regia Maiestas Vestra demandaret oratori suo apud Caesaream Maiestatem, ut is eiusdem Maiestatis promissorum^j) refricaret memoriam, et quod super ea interdictum imperiale adversus subditos Regiae Maiestatis Vestrae in Prussia facto etiam exequeretur, quare ipsa Regia Maiestas Vestra, tanquam Dominus et haeres earundem terrarum, ad talionem simileque factum adversus huiusmodi executores, detentores et damnificatores suorum subditorum procedere, nisi occasio ipsa cum praefato praetenso^k) interdicto per Suam Caesaream Maiestatem^l) adempta fuerit, cogeretur. Igitur operae precium esset, ut idem Regiae Maiestatis Vestrae orator quam diligentissime apud eandem Caesaream Maiestatem nomine Vestrae Maiestatis instaret, ut huiusmodi interdictum Sua Caesarea Maiestas cassari et annullari dignaretur, ut pax et tranquillitas eo commodius hinc inde conservari possit. Quod quidem ipsa Regia Vestra Maiestas, ac suam et propriam caussam, pro sua summa sapientia et industria longe melius demandare et efficere novit.

Haec ipsum^z) equidem, ut fidelis et observantissimus Princeps, erga eandem Regiam Maiestatem Vestram ipsiusque Regnum Poloniae cum vita ac rebus meis sedulo ac semper promereri studebo, quam enixissime rogando, eadem Regia Maiestas Vestra dignetur id non securus, quam in optimam partem et quod ab animo integro et observantissimo profectum sit, interpretari. Cui Regiae Maiestati Vestrae me meamque provinciam et subditos quam supplicissime commendando. Datae e Regio Monte, **XIII Septembris anno etc. 36.**

Schedula

Caeterum, Clementissime Rex, Domine Colendissime, antequam has literas obsignandas darem, venerunt iterum mihi in mentem conatus

illi, quibus tam insolenter et instanter ipsi Burgundienses, necnon Palatinus Fridericus, intendunt: modernum Regem Daniae deturbare et deinde quoque maxime incommodare Regiam Vestram Maiestatem ipsiusque terras Borussiae prorsus alienare, Ordinem Cruciferorum in eisdem restituendo, cum tamen mea opinione parum aut nihil iuris adversus dictum Regem Daniae habere dinoscantur. Nam si quidquam iuris se habere praetendant, haud diffido, imo certus sum, Suam Regiam Celsitudinem facile pati posse, id ut ordinario iure experiatur. Quare iudicio exactissimo Regiae Maiestatis Vestrae expendendum committo, esset ne publicae tranquillitati aliquid commodi accessurum, si eadem Regia Maiestas Vestra per suos oratores, seu alia intermedia minus suspicionis p[re]se ferentia, instaret, ut discordiae huiusmodi inter eundem Regem Daniae et dictam domum Burgundiensem Palatinumque Fridericum ad amicabilem compositionem redigi et tandem Regia Maiestate Vestra aliquis, quas sibi eadem Regia Maiestas Vestra adiungi velit, mediantibus concordare transigique possint, haud diffidens huiusmodi mediis Deique Optimi Maximi auxilio et gracia conatus ipsius Ordinis adversus has terras Prussiae posse labefactari et annulari, sedatisque istis bellicis motibus et detracto praesidio Burgundiensium et Palatini, eundem Ordinem viribus plane destitui, ut per se parum aut nihil tandem hac in re efficere possit et valeat. Hoc ipsum tamenn²) totum industriae et voluntati Regiae Maiestatis Vestrae subiiciendo et relinquendo. Datae ut supra in literis etc.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae, XIII Septembbris.

- | | |
|--|-------------------------------|
| a) correctum ex: Reipublicae | j) in ms. premissorum |
| b) in ms. antumantur | k) in ms. protenso |
| c) sequitur expunctum: ipsam | l) sequitur expunctum: nomine |
| d) sequitur expunctum: autem | z) sic in ms. |
| e) in ms. redactum | 1) Petrus Opaliński. |
| f) in ms. canatus | 2) Carolus V. |
| g) in ms. contemnendas | 3) Edam. |
| h) pro expuncto: portibus subscriptum. | 4) Christianus III. |
| i) in ms. attenturam | |

N. 1339

E Regio Monte, 13.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]

*pro significato sibi exitu legationis Petri Opaliński ad imperatorem missi
et pro aliis novis gratias agit; de negotiis suis se regi scripsisse
nuntiat et rogat, ut ea apud regem promoveat; significat diem coro-
nationis regis Daniae.*

Cfr. El. XXXV, N. 501

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 173-174.

Agit gracias, suam commendat caussam et nova communicat etc.
Reverende in Christo Pater etc.

Reverenda Vestra Paternitas transmisit nobis ea, quae Magnificus
Dominus Petrus Opolensky, regius in aula Caesareae Maiestatis¹⁾ orator,

in negocio Ducatus Prussiae didicerit, effecerit et obtinuerit, et alia quaedam nova de rebus bellicis Caesareae Maiestatis et Regis Gallorum²⁾ etc. Agimus autem Reverendae Vestrae Paternitati ingentes gratias, non praetermissuri nactam eidem vicissim gratificandi et benemerendi occasionem et oportunitatem.

Porro quod ad rem attinet, scripsimus Sacrae Regiae Maiestati, Domino et avunculo nostro clementissimo, ea, quae ad rem cumprimis factu necessaria esse credimus. Quae cum Reverenda Vestra Paternitas³⁾ ex literis ad Regiam Maiestatem perceptura est, non esse eandem duplico onere onerandam duximus, amice et fraterne petentes, Reverenda Vestra Paternitas velit, consideratis periculosissimis illis tempestatibus, operas suas apud Regiam Maiestatem ita interponere, quatenus ea, quae ex re tum Regiae Maiestatis, tum et nostra futura eadem putaverit, promoveantur.

Dies coronationis a Rege Daciae³⁾ et ordinibus Regni indictus est in XV Octobris. Ad haec venit quarta huius mensis ad nos Illustrissimus Princeps Iohannes Dux Holsatiae, frater Serenissimi Regis Daciae, eumque in aula nostra ad tempus permansurum credimus. Hiis commendamus nos Reverendae Vestrae Paternitati, offerentes eidem amica et fraterna nostra officia. Datae e Regio Monte, XIII Septembbris anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi.

a) *in ms.* Reverendae Vestrae Paternitati
1) *Carolus V.*

2) *Franciscus I.*
3) *Christianus III.*

N. 1340

E Regio Monte, 14.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

confirmat ea, quae in praecedentibus litteris de practicis et consiliis Friderici palatini Rheni et magistri Ordinis significaverat; rogat, ut rex ante abitum suum ex Lithuania fines Samogitiae bene muniendos curet.

Cfr. El. XXX, N. 153.

Ostpr. Fol. vol. 50, f. 180.

De practicis contra Daniam et Prussiam. De abitu in Germaniam. Serenissime Rex.

Cum iam literas ad Regiam Vestram Maiestatem conclusissem, rediit ex Wilna aulicus noster attulitque Regiae Vestrae Maiestatis literas, quibus obiter respondere volui, utut sint Livoniensium conatus. Hoc certo Regiae Vestrae Maiestati indicare possum, hisce diebus venisse alium quandam mercatorem ex Inferiori Germania, qui paucis abhinc diebus profectus ex Antwerpia hic appulit. Is refert vera esse ea omnia, quae Regiae Vestrae Maiestati de conatibus Friderici Palatini et Magistri Ordinis Teutonicorum¹⁾ in primis literis obiter indicavi, esequie in promptu adprime ad bellum adornatas naves, nautas, comeatum et re-

liqua necessaria ad bellum, eosque nihil nisi militem illum, qui obsidet civitatem Phrisiae appellatam Tham²⁾, expectare. Qui cum primum rediret navesque ingredetur, Livoniam eundem petiturum, ex secretario Domini de Thera se audivisse asserit. Haec cum certo sic se habeant, contemni minime debent.

Quare subdite peto, Regia Vestra Maiestas dignetur ita negotium omne in Lithuania ante ipsius abitum ordinare, quatenus fines Samogithiae bene muniantur, ne subito inopinantibus nobis quid damni et incommodi inferatur. Ego vero, tanquam vigilans Princeps, quantum in me erit, praestare non cessabo. Incolumitati et saluti meae, quantum^{a)} humana admittit prudentia et vigilantia, prospicere conabor, interim negotium omne Deo Optimo Maximo committens. Porro si mentio Ducatus Prussiae facta fuerit, nulla praetermittetur a me opera, quin omnem, quam putavero adhibendam diligentiam, sedulo et diligenter adhibeam. Filiam Regiae Vestrae Maiestatis sororis dilectae^{b)} loco commendatissimam habeo, cui pro meis viribus inservire et commodare percupio. Datae e Regio Monte, 14 Septembbris anno etc. 36.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae, XIIIII Septembbris.

a) verbum correctum.

b) in ms. dilectam

1) Valterus a Cronberg.

2) Edam.

N. 1341

E Regio Monte, 16.IX.1536.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]
pro Iosto Ludovico Decio capto et detento intercedit et rogat, ut eius
raptoribus et detentoribus, «in favorem liberationis praefati Ludo-
vici», salvum conductum ad dimidiū anni spatum a rege impetraret.
Ostpr. Fol., vol. 50, f. 181.*

Pro Iosto Ludovico Decio.

Reverende in Christo Pater etc.

Supplicatum est nobis nomine Ludovici Iodoci Decii, modo captivitate a quibusdam Ioanne Schlegel et Ioanne de Leslaw cum suis adhaerentibus detenti, ut pro eodem eiusque liberatione apud Regiam Maiestatem, Dominum et avunculum nostrum clementissimum, intercede-remus. Quippe qui asseritur nullo pacto eisdem vinculis liberari posse, imo residuum vitae sua in eisdem transacturum esse, nisi causa ipsa inter principalem detentorem et partem suam adversam per viam transactionis sopita fuerit ipsique detentores pacificati. Quod quidem sine salvo conductu Regiae Maiestatis minime procedere posse autu-mant. Supplicamus itaque Regiae Maiestati, ut eisdem detentoribus, in favorem liberationis praefati Ludovici, ad spacium dimidiū anni cum subscriptione^{z)} manus Regiae Maiestatis propriae, ex clementia singula-ri, dicti Ludovici addictissimorum servitorum eiusque imbecillitatis sua^{z)} intuitu, elargiri dignaretur. Rogamus quoque Reverendam Pater-nitatem Vestram, ut velit similiter apud ipsam Regiam Maiestatem pro

huiusmodi^{a)} caussae transactione et^{b)} salvo conductu diligenter insistere, ut in hac caussa^{c)} Sua Regia Maiestas non dignetur gravari, imo pro innata sua regia benignitate, dicto habito respectu, huiusmodi salvum conductum clementer concedere. Faciet in hoc nobis Reverenda Paternitas Vestra rem gratissimam, saepedicto Ludovico summe necessariam, aequis gratitudinis vicibus ac servitorum addictissimorum promptitudine erga eandem Reverendam Paternitatem Vestram ab utroque nostrum promerendam. Datae e Regio Monte, XVI Septembbris anno etc. 36.

Sub textu: In simili forma mutatis mutandis scriptum est Regi Poloniae etc.

In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi.

a)-b) *in margine.*

c) *supra lineam.*

z) *sic in ms.*

N. 1342

E Regio Monte, 21.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

Lucae a Górkka, palatino Posnaniensi,

*rogat, ut a quodam Roselein, Gnesnae in carcerem coniecto et nunc
Posnaniam traducto, sciscitari studeat, quoniam loco Iostus Ludo-
vicus Decius captivus detineatur et quomodo res tota se habeat.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 260v-261v.

An starosten zu Pozna den 21 Septembbris 36 etc.

Von Gottes genaden wir, Albrecht etc., entbieten dem edlen und wolgeborenen unserem gelippten freundt und brudern, herren Lucassen vonn Gorgka, wojewoden etc., unser freunthschaft und alles guts zuvorn. E.Ht. hiemit gutter wolmeinung zu erkennen gebende, dans wir durch des edlen unsers raths und lieben getreuen, Jobsten Ludwigen etc. freunthschaft und verwante, auch sonst bericht worden sein, das einer jtzunder mit namen Roselein, welcher ein öffentlicher abgesagter vheinde der Schlesinger gewesen, zu Gniesen gefenglichen angenomen und gegen Possna (dieselbst er dann woll verwarth erhalten werden sol) gefurt. Warauss vermutlich, das er vielleicht in des Schlegels gesellschaft ader wiesenschaft und kunthschafft haben, woe und an welchem ort egemelter Jobst Ludwig sein mocht und gefenglich erhalten wirdt. Dyweil aber derselb Jobst Ludwig hochgedachter ko.mt., uns und unser freuntlichen, lieben gemahel¹⁾, dessgleichen E.Ht. getreuen, untertenigen, dinstlichen, woltetigen willen zu laisten gewogen, auch im werck beweist und wir one das seiner gefengknuss ein sonderlich mitleiden tragen und des nicht geringe beschwernuss haben, nichtweniger ime in diesen seinen eussersten noeten, do man die rechten freund erkent, mit allen genaden, wie dann E.Ht., daran wir gar nicht zweifeln, auch zu thun willens, zu helffen geneigt, so bitten wir demnach in sonderer freunthschaft, E.Ht. wollen bei gedachtem Rosslein mit gutter geschicklichkeit verhandeln lassen, ob zu erfrogen, woe doch benenter Jobst Ludwig sein und wie es ein gestalt umb jnen haben mocht, dardurch aus vorleihung gotlicher genaden und frommer, getreuer leuth furdernuss, mittel und wege getroffen, das Jobst Ludwig seiner beschwerung gefreitet und entlediget, auch dieser Roselein des geniessen koent, in dem das beste helffen vort-

stellen. Doran geschicht sonder zweifels hochberurter ko.mt. zu Polan etc. von E.Ht. koniglichs gnedigs guts gefallens und wir wollens in freunth-schaft und allem gutten dieselb beschulden. Darzu werdens oft und dick benenter Jobst Ludwig sampt seiner verwandten freunthschaft umb E.Ht. ires vermogens zu vordienen willig erfunden werden. Hiemit haben uns E.Ht. zu derselben freundtschaft und gutem gefallen. Datum, ut supra.

Mutandis mutatis an jungen herrn zu Possna¹⁾ eodem die etc.

1) *Dorothea*.

2) *Andreas a Górką*.

N. 1343

E Regio Monte, 22.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Wolski, castellano Sandomiriensi, magistro curiae reginae Bonae, pro Ioanne Feyerabent intercedit et rogat, ut apud regem et reginam Bonam diligenter instet, quo «earundem Maiestatum indulgentia ac gratia singulari sylva Kirsememel (Kirschmemel?) vulgariter nuncupata potiri possit, ut sibi ligna illic in usum suum secare cineresque exurere... liceat».

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 182.

N. 1344

E Regio Monte, 22.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisliensi [Petro Gamrat] in causa Iacobi Brzozowicz (vel Brzozowiec, vel Brzozowski) sibi commendati, ut ei consensum suum daret «ad coemunda quaedam bona et liberationem quorundam onerum», respondet se prius a capitaneo suo «omnium rerum conditionem expiscari» debere.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 183.

N. 1345

E Regio Monte, 25.IX.1536.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschitz

pro transmissis novis gratias agit; quod rex admonitionem suam bene acceperit, gaudet; elenchum captivorum Moscovitarum sibi procurari petit; non inconsultum sibi videri nuntiat, ut in causa Iosti Ludovici Decii ex captivitate liberandi rex ad regem Romanorum et alios scribat; scire cupit, quae res in futuris Comitiis Cracoviensibus tractabuntur: imperatorem bannum in se et ditiones suas latum abrogaturum esse sperat; negotia sua regi et episcopo Plocensi commendiari petit; de Ioannis ducis Holsatiae ad se adventu nuntiat.

Cfr. El. XLVII, N. 207.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 261v-263.

An Nickeln Nipschitzen denn 25 Septembbris etc.

Wir haben dein schreiben, gegeben zur Wilna Montags vor Egidi, den

3 Septembris dits jtzigen jares entpfangen, gelesen und inhalts vernommen. Thun uns kegen deiner person der zugeschickten neuen zeitung aus des vermeldens von dem pfaltzgrafen¹⁾ genedigklich bedancken und ist uns zum hochsten erfreulich, das ko.mt. sehen befunden und erfahren mit der that, das wir seiner ko.mt. nit vergebens ader aus einem wan gewarnet. Dann ob man uns woll vordencken thut, wir mehr aus widerwillen und hass den etwan aus grund sagen und schreiben von unsern nachparn theten, so sie uns doch nit wenig ursach dorzu gegeben, so ist uns dach lieb zu erfahren, das ko.mt. den glauben und die trew in die hande khommen und daraus erspuren, das wir mehr aus grund, den aus widerwillen iren ko.mt. schreiben. Wollen dach Got bitten, das aus dem der abgunstigen vornhemen kein nachteil erfolge. Und dyweil solchs ire ko.mt. aus andern erfahren, werden sonder zweifel ir ko.mt. inen wenig trawen, sonder des, so ein bieschoff in Eiflanndt uns zuentpoten, des in deiner gegenwertigkeit geredt worden, genedigklich gedencken. Dan koennen sie mit uns keinen guten fried und freunthshaft haben; so werden sie je viel weniger mit iren ko.mt. freunthshaft, nachparschaft und frid halten khonnen etc.

Als du aber von dem Muschkowiter²⁾ melden thust, des wir nit wissens sollen noch wollen, und aber ko.mt. cemmerer uns davon ehr und zuvor wir dein schreiben gelesen, bericht etlicher massen gethan, ist unser genedigs siennen und begeren an dich, wollest vleyss ankeren, so es sich immer thun wil lassen, ob wir die vergicht der gefangnen bekhommen mochten etc.

Jobst Ludwigenn belangendt, dunckt uns nit ungerathen, s. ko.mt. an die ro.ko.mt.³⁾, weil er nach der Laussnitz gefurt sein sol, schreiben thete, damit dieselp verhelffen wold, ehr, der Jobst Ludwig erretet mocht werden. Es sold auch, unsers erachtens, nit ungerathen, sein ko.mt. an den churfursten und fir. zu Brandenburgk⁴⁾ schreiben liesse, sie in iren landen gut acht geben wolten lassen und streufen, ob man in nachdem wir gedachtem Jobst Ludwigen mit sundern genaden gewogen, haben wir im zum besten nit underlassen wollen, unserer reth einen, den Anthoniuss Borken, heuptman auf Lochstedt, an marggrafen Johansen, auch die fursten von Pomerann⁵⁾ abzufertigen, ob vielleicht dem armen gefangenen hirdurch geholfen mocht werden, und so wir nit mher dann wunschen, wie im zu rathen, sold uns auch eigner person dorzu zu thun nit bevielen etc.

